

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Xenophontis, Philosophi Et Imperatoris Clarissimi, Qvae  
Exstant Opera**

**Xenophon**

**Francofurti, 1596**

Io. Leunclavii notorum ad Xenophontem liber I

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-331](#)

## IO. LEVNCLAVII

NOTATORVM AD XENO-  
PHONTEM LIBER I, REPVR-  
GANDO A MENDIS TOMO PRIORI,  
elegantiæ varia plenus.Lectiones  
margini.

**Quenam** reperirentur. Alias autem ex his mihi nullas vindico, nisi quarum expresse mentio fit in hisce Notis meis: quod ingenue significandum duxi, ne quis me cogitet e laboribus alienis gloriolam venari velle. Nec absq; caussa tam ab aliis, & Hen.

**Cur marginib. adscripta.** præsertim Stephano, quam a me passim emendata, libri marginibus adnotanda putaui. Solet enim ingrata lectoribus esse interpretatio, cuius

**Cur omis-  
sum ex-  
amen inter-  
preatum.** ratio de lectione, quam sequutus sit interpres, coram adiecta non perspicitur. Ne præterea Notæ nimium excrescent, nolui meam interpretatio-

**Distinctio-** nem eorum locorum, que a prioribus interpre-  
tibus corrupta fuisse vel indicarunt alij, vel ipse deprehendi, prolixius aut declarare, aut tueri: quod vix id aliter fieri posse viderem, quam aliqua cum illorum ignominia, qui pro virili sua bene de nobis mereri voluerunt. Meam omnibus recte reddendis fidem viros bonos, & a calumniis alienos, libenter adgnituros & probaturos confi-

do. Distinctiones etiam aliorum plurimas in Xenophonte Græco mutau, quod ex lucem, si bona sint, magnam scriptoribus priscis adferat: sublatis quoque non necessariis parenthesibus, quas immodicas sine iudicio nonnulli, contra morem & usum antiquitatis eruditæ suis editionibus inserunt. Ut videant denique lectors, quantum hac lucubratione vigilis prioribus accelerit: vtendum asterisco censui, quo notata nunc primum exhiberi sciant.

AD PRIMVM DE INSTI-  
TUTIONE CYRI LIBRVM.

**P**ag. 1. litera A. Aristides in libro οὐεὶ ἀφελοῦ λόγου, citans haec verba, non legit, καὶ ὁ ποσσοῦ χρόνον αἴχνης διεθύνωται: sed omissa voce χρόνον, hoc modo: καὶ ὁ ποσσοῦ αἴχνης διεθύνωται. quod sane mihi vehementer probatur. Sunt etiam, qui pro διεθύνωται, reponant διεγένονται.

\* Pag. 4, D. Non dubito in his, τῇ παπαδεινένον εὐνοεῖται, viciose scriptum esse illud παπαδεινένον. Quippe non de institutis, sed instituendis agit: ideoque rectius scribetur, τῇ παπαδεινένον εὐνοεῖται.

6, C. Ita locum reddidi, ut in omnibus exemplaribus scriptum reperi. Sed esse vocabulum hoc εὐπεπτωτι corruptum arbitror, & pro eo reponendum εὐπεπτωτι: sicut & in extremo Xenophontis Agesilao scribitur εὐθεωτεινονται. Id si homines

A docti probabunt, sicerit interpretatio mutanda, ut legatur: *Quacumque in tribu quamplurimi fuerint summa peritia, fortitudine, obedientia.*

\* Hactenus ista fuerunt ad hunc locum a me notata priori editione, quæ quum ab eo tempore videam ab H. Stephano reprehensa; considerando nobis veniunt eius rationes, quibus contra me nititur. Ait, libro de institutione Cyri secundo, pag. 43, C. scriptum reperiri εὐπεπτωται παπαδεινονται, pro εὐπεπτωται, obedientissima. Hoc vero nihil probat, quum mihi dicere liceat, illo itidem loco scripturam esse vitiatam, & in εὐπεπτωται mutandam. Dicit, ex aduerso reperiri etiam απεις pro οὐεὶς, απεις, inobedientis. Nec id quidquam probat, quādo itidem, adfirmare possum, potius απεις hoc significatu scribi debere; quum prorsus alia sit απεις significatio. Addit, istarum vocum usum ratione επιστησονται, non carere, quum verisimile sit, ipsam vocem ηι απεις, ηις a μηδι deduci. Hoc verisimile si maxime admittam, tamen aliud esse dicam εὐπεπται & απεις, & διεπεις, & verbum απεις: quam sint εὐπεπται, & απεις, & διεπεις, & απεις. In illis εὐπεπται significat morigerum, vel obsequentem; απεις, immorigerum; διεπεις persuasi difficulte, ut pareat; & απεις morem non gerere, vel non obsequi, non obtemperare: quum in his εὐπεπται ad fidem, non obedientiam, pertineat; itidemq; απεις, & διεπεις, & απεις, codem referenda sint. Quod si plane concedam, vocem ηις a μηδι verisimiliter videri deductam, & a ηις itidem deductum εὐπεπται, & απεις, & διεπεις, & απεις: non propterea tamen cum his & illa confundam, εὐπεπται, απεις, διεπεις, & απεις, quæ ab origine sua indubitata, nimurum a verbo πιθαι absque controversia suum illud ερεinunt. Hoc ego probavi editione prima per εὐθεωτεινονται, vocabulum Xenophonteum, quod in extremo Xenophontis Agesilao sic reperitur scriptum in omnibus exemplaribus. Id non negat Stephanus, quia negare salua verecundia non potuit: sed ut aliquid tamen dicere videatur,

E ait illo εὐθεωτεινονται in Agesilao, nequaquam semoueri; quum alia sit eius ratio. sic enim scripsit, At cur aliam eius rationem non ostendit? Equidem adfirmo, εὐθεωτεινονται deduci a verbo εὐθεωται, παπαδεινονται, quo etiam Homerus est usus, & propterea recte ε. cum diphthongo scribi. Sic Aristotelei vox est εμετεπεις, huic plane similis, & αμετεπειδαι deducita, quo Aristoteles eodem vtitur loco, quum ait, επειδαι παπαδεινονται. Paret idem ex significatu, quum εὐθεωται sit, qui falsa persuasione decipitur; εὐθεωται, qui de sententia persuadendo facile dimouetur. Adeoque si εὐθεωται, Græcum, & quidem Xenophonteum est; εὐθεωται Græcum, & quidem Aristoteleum: etiam εὐθεωται Græcum erit, & ηις ita recte scribetur, ac segregabitur a ηις. Eadem est ratio in omnibus aliis, ab hoc εὐθεωται (quod εὐθεωται, obedientem & morigerum significat, ut o-

stendemus e Suida) deriuatis, quæ diximus; nimirum in εὐπεισός, quum idem significat, quod εὐπει-  
σός: in ἀπεισός, pro ἀπεισθίη; in δύναταισός, pro δύναται; in  
ἀπεισίν, pro ἀπεισθίην. Mox tamen Stephanus in  
ερεπονάπερος sibimet ipse contradicit, quum Xenophotis nostri p. 28, A. πιστόπερ apte mutari posse fa-  
tetur in παραπέρας. At cur τιστόπερ, (quod esset μόνον ὑπόπερ, secundum Suidam) offensius significatio  
vocis πιστόπερ, non scripsit? cur idem non valebit  
in hisce nostris, quæ ab eadem origine proficiunt  
ostendimus? Sed adferamus & alia Xenophontis  
loca, quæ Stephanus non adtigit: vt adpareat,  
quatum lucis accedit ex hac ipsa restitutione scrip-  
pturæ verioris. Sub finem libri 11 αἰνεῖσσως, 292, A. hæc verbale leguntur: φοβουμενος μάλον τοῦ φαερός,  
τὸ δικηδαίος τῆς σφύλωπας, οὐ σφύλωπα τὸ ἀπεισενει-  
νω. Cuius notum, ἀντί significationem habere  
non credendi, vel diffidendi. Ea locum heic habe-  
re nequit. Ait enim, manifestum fuisse, quod Pro-  
xenus magis metueret, ne militum odium incur-  
reret: quam meruerent milites, ne ipsi satis obse-  
querentur ac parcent. Ergo si scribas τὸ ἀπεισενει-  
νω, statim heic se verior offert sententia. Per-  
tinet huc certe, quod eodem loco, pag. 290, D de  
Clearcho dicitur, οὐ πιστός ἐπι Κλεαρχῷ: militum a-  
nimis hoc inscrere poterat, ut Clearcho parendum  
statuerent: prorsus ut alibi Xenophon. 389, C. πι-  
στόν οὐ, παντεύων: & Plato similiter, οὐ αμφοτέροις  
πιστοῖς. In his coegerit ineuitabilis necessitas H. Ste-  
phanum, ut πιστόν scribereret: licet in ceteris perti-  
nax maneat, ne quid semel ab se scriptum mutare  
videatur, in aliis adeo non conitans. Ego quidem  
pag. 290, D. non πιστόν, pro ἀπεισενειν quod in editio-  
nibus ceteris legitur, sed μόνον πιστόν scribendum ad-  
fero, etiam ipsomet hæc negationem μόνον, mihi con-  
cedente. Cur autem πιστόν admittit, in απεισενειν se  
difficilem præbet? Solidam heic nobis rationem  
ostendat, quam puto nullā inueniet. Sed ad priora  
redeamus. Libro vi eiusdem αἰνεῖσσως, p. 389,  
B. legimus, οὐ πιστόν τας Δακεσταμονίοις, Εανόμοις οὐ-  
να. Si scribes, οὐ ἀπεισενειν τας Δακεσταμονίοις, mox se  
rectus hic offert sensus: tamquam contumaces ad-  
uersas Lacedemonios & improbos. Etiam manife-  
stior locus est in Symposium p. 888, A. vbiverbo  
πιστόν, pareo, statim opponitur ἀπεισενειν, quum  
non obedirent, non paruerent. Quis heic ἀπεισενειν  
ferat? præsertim in oppositione duorum istorum,  
τετράς & τριτον. Rutilus in Hipparchico, 957, D.  
δυνατόν dixit Xenophon immorigeros, quibus a-  
liquid difficiliter persuadetur, ut in eo pareant.  
Quis heic δυνατόν ferat? præsertim quum hoc δυ-  
νατόν, respiciat ad ea, quæ præcedenti periodo  
leguntur, οὐ πιστόν, si persuaſum eis fuerit, ut obedi-  
ant. Etiam libro v ἐμλωκῶν, 551, D. locus alias  
existat, οὐ μόνον δυνατόν ἀπεισενειν. Socios, inquit, multa-  
re decreuerunt, eoque redigere; ut deinceps con-  
tumaces & inobedientes esse non possent. Optime conuenit ἀπεισενειν, contumacem esse; quum απ-  
εισενειν, diffidere, prorsus alienum sit, ac ne quidē con-  
tumacie significationem villo modo habere pos-  
sit. Hæc tamen si planissima sint, ac refutari ne-  
queant: tamen addendum, ab aliis quoque nota-  
tum, reperiri ἀπεισενειν in significatione τὸ ἀπεισενειν.  
Suidæ libroru, & Hesychij scripturas vitiatas op-  
poni mihi citra exceptionem non patiar. Quippe  
sibinon constant, quum Suidas idem πιστόν expo-  
nat πιστόν: & πιστόν non solum pro μίσθῳ διωγμ-

A πιστόν accipiat, sed etiā τὸ πιστόν interpretetur, quod  
notandum. Scriptum enim πιστόν posterius vicio-  
se, pro πιστόν, quod reuera significat τερινον, mori-  
gerum, obædientem. Vnde scilicet illa reliqua sunt,  
πιστόν, επιπέδον, δύναταισός. Omitto πιστόν λόγον Plato-  
nis, πιστόν Euripidis. Originis eiusdem hæc esse πιστόν  
omnia, negari nequit. Itidem δύναταισόν, επιπέδον, &  
επιπέδον, scripta legimus apud Aristotelem li-  
bro vii de moribus ad Nicomachum, Petro Vi-  
ctorio lectionem hanc de libris vetustis adseren-  
te; cuius viri fidem H. Stephanus, opinor, suspe-  
ctam non habebit. Dicamus igitur tamdem Ste-  
phano, πιστόν τετράς αὐτόν. Sin contradicet obsti-  
nate, more suo facier; vt plus aliis scire videatur, &  
habere, quod omnibus opponat. Fortassis etiam  
persuadere nobis volet, scribendum πιστόν & πισ-  
τόν, non πιστόν & πιστόν: quum Memorabiliū 111,  
780, B. πιστόν quater scribat ex Stobæo in adnota-  
tionibus suis, iterum publicatis. Et aliud eadem  
pagina 780. in Notis meis indicatum de πιστόν.  
C Ego quidem tot rationibus, & lectionum incor-  
ruptarum auctoritate fretus, licet ubiq; toto Xe-  
nophonte voces vitiatas excludere textu potuissim:  
tamen adhuc πιστόν malui, contentus adno-  
tatione restitutarum ad margines, donec de alio-  
rum adsensi cognouero.  
D 7. D. pro οἱ αἱ τὰ τῆς ἐφίσαις, legit Philelphus οἱ  
αἱ, quod equidem probo. Nam idem infra quo-  
que videbis occurere, pag. 74, B.  
\* 8. A. διάγω πιστόν, adscriptam margini lucu-  
brationis secundâ διάγω πιστόν.  
Ibidem, D. Græcilibri habent οἱ, pro quo  
Philelphus οἱ legit: quippe qui vernerit, quan-  
tum.  
\* Ibidem. In omnibus libris Xenophontis εἰ-  
πὶ δύπαι legitur, ac nihilominus hæc reddens La-  
tine Camerarius, in venatione dixit. Hoc vero fa-  
ctum ex δημήτραις. Atqui Cyrus hoc tempore nec-  
dum villas apud Medos venationes viderat, ne-  
dum homines in venationibus. Et sequitur dein-  
ceps narrationes de iis, quæ Cyrus in venationi-  
bus & viderit, & ipsomet egerit. Alterum illud δημήτραις  
δύπαι, vel reddendum ad portas, vel ad portam  
Portarum  
στάσιον. Et omnino portam accipio, more ori-  
entalium, pro aula; quæ Persis, Tataris, Turcis, Ca-  
pū sultani  
pidicitur, hoc est, porta; sicut & Laonicus Chal-  
tanum. cocandiles hoc Capū (quod quidem & Vngari ha-  
bent in vsu, Capū Gallice pronuntiantes) reddens  
in historia sua Turcica, cuius exemplar Græcum  
habeo, δύεας βασιλέως dixit, quo Capū Sultanum,  
sive portam Osmaneam intelligit; prorsus ut et-  
iam Xenophon nominauit δύεας Κυαζάρου, libro  
de institutione Cyri 11, p. 56, D. οὐς αφικοντο δημήτραις  
Κυαζάρου δύεας, ubi peruentum ad Cyaxaris por-  
tam: item libro 111, p. 78, C. παρένται δημήτραις Κυα-  
ζάρου δύεας, ad portam Cyaxaris præsta esse; ac paulo  
post simpliciter, παρένται δημήτραις δύεας, ad portam  
aderant: quibus in locis ipsa regia portæ nomen  
habere videtur. Contedere tamen cum quoquam  
rīoso nolim, qui portam heic, vel portas regias,  
non ipsam regiam intelligi velit: exceptis aliqui-  
bus locis, ut illo libri 1 v, pag. 104, D. quo dictur,  
δημήτραις οὐδεὶς ἡμεῖς, quum ad Cyaxaris portam  
nemo veniret. Erat enim tunc rex Cyaxares in ca-  
stris, longe à regia Medorum: nec porta tamen il-  
lincaberat, hoc est, aula vel comitat' regius. Heic  
igitur alia porta nequit intelligi, quam Persarum,  
Turco-

1024  
Turcorum  
sona pri-  
grat, ex-  
emplarum  
Cyriv.  
rutiū in  
natiā  
cipiendū  
cretum  
est, ad  
Chrysanthemū  
nānū  
stricū  
9, E.  
paries  
Philelphus  
trem  
\* 10,  
secunda  
nuit, p.  
Hoc edi-  
pit.  
\* 11,  
Id Came-  
riū quibus  
tibus de-  
recitare  
liud, qu  
Stephan  
p. 787, I  
διάγω, q  
διάγω, no  
comeder  
quum ne  
verba, w  
lacrūma  
tandi mo  
que cessat  
queretur  
cit, basili  
definit: b  
cessabat e  
libro IIII  
inquit, e  
nor, illa f  
metu: sec  
tate, Pr  
\* 11, C  
in libris e  
Ibiden  
phum pre  
ini sepiu  
ter. Ac fr  
manu ex  
cedentis  
teras habe  
multilatu  
inclusas,  
usūs  
cadem ca  
χα repa  
n sic plac  
recipere r  
fecit, pr  
rum exen  
re videret  
14, A. I

Turcorum, & aliorum orientalium; quæ cum persona principis in loca quævis, etiam in castra migrat, extra regiæ strüturas. Simile quoddam exemplum repertum in fine libri de institutione Cyri v, pag. 147, D. & initio libri v 1, ubi porta rufius in cætris. De porta denique, regiam ordinariam significante, sunt hæc initio libri v 111 accipienda: ἐδέξετο τὸν ἄνθρακα τὸν παῖδα διόγειον, δεcretum fuit, ut viri honorati semper ad portam, id est, ad regiam, præsto essent. Id enim paullo ante Chrysantas verbis notioribus dixerat, παραμετέπι τὸν δέ τον ξύλον, præstosimus ad hanc magistratus nostri curiam, sive prætorium.

\* 9, E. In Græcis exemplaribus legitur, ὅπου μη πατέρα θυμάς, quod matrem meam colis; pro quo Philephus legit, ὅπου τίνα πατέρα θυμάς, quod patrem meum colis.

\* 10, C. Notaram ad marginem lucubratione secunda, quam xvi 111 annis H. Stephanus detinuit, pro αφίσταντος εἰς αὐτόν, legendum αἴτων αὐτόν. Hoc editione sua posteriore in textum ille recepit.

\* 11, A. Dicit de patre suo Cyrus, στήθων πατέρα. Id Camerarius ita reddidit, Cessat cum sis: credo, ut quibusdam gratificaretur, qui nobis adulescentibus de illo suo, Sustiens desinit, prolixas orationes recitare solebant. Atqui στήθων πατέρα, nihil est aliud, quam, suture desinit, vt recte monuit Hen. Stephanus, & aliunde paret. Memorabilium 111. p. 787, D. debere dicit illum Socrates πατέρα εἰς θύμα, qui iucunde vesci velit. Heic πατέρα νερος εἰς θύμα, non est qui comedens desinit, sed potius, qui comedere desinit. Refutat se ipsum Camerarius, quum non multo post, 13, C. illa Xenophontis verba, οὐδὲ κατέποντες εἰπαντον, recte reddidit, Neg, lacrumari umquam cessavit. Si priorem interpretandi modum sequi voluisset, dicendum erat, Neque cessavit umquam cum lacruminis. At quis ita loqueretur? Sic quum in Hipparchico p. 956, A. dicit, Βασιλεὺς οὐ ποτε πατέρα, ingredi equus non desinet: haud facile quisquam reddet, Equus non cessabit cum ingressu: & proprius ab hoc loco infra, libro IIII πατέρας pag. 106, C. de Cyaxare Cyrus inquit, πατέρα μη πατέρα φεύγειν: nullus, opinor, illa sic interpretaretur, Primum cessabit cum metu: sed simpliciter ex sermonis Græci proprietate, Primum metuere desinet.

\* 11, C. Philephus legit πατέρας θυμάς, quum in libris editis habeamus πατέρας.

Ibidem, E. Non dubium est, rectius Philephum pro ἐπιτυχίᾳ, legisse εἰς τὰ πάτερα. Nam ēπι sepius ita mutilatum deinceps etiam occurrit. Ac frequentes sunt eiusmodi mutilationes in manu exaratis, vbi præsertim ultima vocis præcedentis syllaba cum prima sequentis easdem litteras habet, vt in Cæsario meo στήθων πατέρα legitur, mutilatum ex στήθων στήθει. Et infra, libro v 11 ēπιτυχίᾳ, p. 636, B. C. vbi ante a legebatur πατέρας θυμάς, οἱ πατέρες ή τὸν λακεδαιμονίων συμμαχούς, eadem causa motus, οἱ πατέρες εἰς τὸν λακ. συμμαχούς reposui. Stephano quidem heic illud εἰς τὰ πάτερα στήθει placuit, vt a me monitus id etiam in textum recipere non dubitarit. Idem & altero ēπιτυχίᾳ, loco fecit, prætexens interim secunda editione veterum exemplarium auctoritatem, ne id a me habere videretur.

14, A. Legitur in omnibus, τὸν πάτερα πατέρας θυμάς, οἱ πατέρες πατέρας θυμάς.

A πόνγιος πατέρας θυμάς, excepta H. Stephanil lectio ne varia, loco πατέρας reponente πατέρας: quæ quidem nullius est momenti. Ego primum aio, non τὸν πάτερα πατέρας πατέρας scribēdum, sed τὸν πάτερα πατέρας, quod illi τὸ συλλαβῆται, recte respondet; τὸ συλλαβῆται, τὸ πάτερα πατέρας πατέρας. Deinde dico πατέρας, loco suo temere motum, eidem restituī debere hoc modo: τὸ πάτερα πατέρας πατέρας, οὐτε οὐσίας θυμάς. Ita scripsisse Xenophontem non dubito. Et plura transpositionum eiusmodi exempla deinceps suis indicatur locis sumus.

18, C. Pro οὐτονομούσιον placuit mihi ex coniectura Guil. Canteri nostri, restituere potius εἰς μενον. Nam alterum illud οὐτονομούσιον heic locum habere nequit. \* Hæc olim heic a me notata, cum versione tali: Quod ante hac ei permisum numquam fuerat. usque adeo cupiebat iis armis instrui, quæsum ad corpus aum parauerat. Sed iam neque mutatum οὐτονομούσιον εἰς μενον placet, neque indicata versio; sed illa pristina, οὐτονομούσιον. οὐτονομούσιον εἰς μενον. (Sic enim distincta leguntur in editione Stephanii utraque) hoc modo scribenda dico: οὐτονομούσιον οὐτονομούσιον, αἰς εἰπειμεν, αὐτοῖς ἔστοιλας. Quo nimurū αἰς perierit ob similitudinem cum ultima syllaba præcedentis οὐτονομούσιον, prorsus vt ostensum paullo ante in εἰπειλατεν νῦν. Atque horum recta iam sententia est, Nondum fore putans, ut iis, pro desiderio suo, indueretur. Hen. Stephanii coniecturæ posteriores hoc loco fluctuant, & illa mutatio lectionis οὐτονομούσιον, in αἰς οὐ πατέρα θυμάς, aut οὐτονομούσιον, prorsus inepta est, & ingenio indigna tam subtili, quod in cerebro, non in calcibus locum suum habere vult.

19, A. Philephus pro ιππινον τὴν καὶ αἰδηνόν legit ιππινον πεκάτην αἰδηνόν, rectius, vt opinor. \* Equideum sic etiam verti, aliis verba scripturæ prioris expriamentibus, inter quos & Camerarius est. Henricus autem Stephanus sequendam ait Philephi lectionem. Ne tamen eam ex indicatione mea cognouisse videatur, addit in alio etiam, quam Philephi, exemplari eam inueniri; fortassis occulte meum librum intelligens, post editionem primam inspectum. Nam in iis exemplaribus, quibus ad editionem primam vtebatur, nihil tale inuenierat.

\* 29, B. Heic e textu & margine simul in hunc modum redintegranda lectio, πεκάτην αἰδηνόν πατέραν, αἰδηνόν πεκάτην. Et talem scripturam ego in conuersione sequutus sum.

30, B. Adnotauit hoc loco Brodæus aliam lectionem, fortasse non incommodam, vt mihi visum est: πατέρας γδὲ εἰδη στήθει, καὶ αἰτούσης εἰλαχίστων ορμωμένη, καὶ οἵς αὐτούσης στήθεισατας χρωμένη.

\* 31, E. Pro αἰστημόνιον habet liber Budensis, quo Camerarius vñsus est, αἰστημόνιον. Quid si Xenophon dixerit αἰστημόνιον; quod glossario veteri exponitur, magis efficax.

\* 32, D. pro καρπερών περον rectius scribi puto καρπερών. Et καρπερώς glossatio veteri Cythilliano est tolerans. Sic etiam Xenophon in primo Memorabilium, p. 711, D. hoc vñsus est, περον περον καρπερώτας.

\* 33, B. Quod in editionib. nostris legitur πατέρας θυμάς πατέρας, scriptum est paullo aliter in libro Budensi, quo Camerarium vñsum diximus, hoc nimurū modo: πατέρας θυμάς (scilicet θυμάς), repetendo ex superioribus) θυμάς πατέρας, quod Camerarius idem

vertit interceptorem commodorum hostilium. H. Stephanus ambigue scribit, πλεονέκτης in quodam libro legi; ut existimant imprudentes, apud ipsum esse quoddam exemplar, in quo sic legatur. Cur enim alioqui nō dicebat, in libro Camerarij?

\* 34, A. Hisce verbis, διάδεσμον αρά της παύσεως την πεδιγροστίου, οὐτε καὶ σὺ κελεύεις, . . . μὴ φύσεις, καὶ φύσεως, nota punctorum inserui, quae non nihil deesse significantur. Arbitror autem sic Xenophontem scripsisse: την πεδιγροστίου (cum interiectis) καὶ ἀδιπάντας καὶ μὴ φύσεως, καὶ φύσεως.

\* Laudat H. Stephanus, sed ne nihil sit, quod non improbet, quodque non solus ipse perspexisse videatur; ait, nolle se post ἀδιπάντας poni voculam καὶ copulantem. Balle vero, qui non animaduerterit,

in sequentibus etiam ter repetitam, quum inquit Xenophon, καὶ μὴ ἔχει τάν, @ ἔχει τάν, καὶ μὴ γέγονται, καὶ μὴ συγχέονται, καὶ μὴ πλεονεκτεῖν.

Cur igitur & ista, καὶ μὴ φύσεως, καὶ φύσεως, non ita scribenda? Vide censoris nostri subtilitatem.

Ibidem, C. Habent omnes editiones, etiam H. Stephanus prior, ἐφίησθαι εἰς τὸν φρήτα, pro qua voce ultima, restituenda est alia, nimirum φήτα.

\* Quid ea significet, ostendet tibi Xenophon ipse, pag. 391, B. & Plutarchus in Lycurgi vita. \* His a me priori editione notatis, & voce φήτα margini adscripta, quam H. Stephanus, ut dictum, prius reponendam nō animaduerterat: astute postea dis-

simulatiois nomine meo, qui de hac monueram, altera sua editione dicit, se vocem φήτα, quorum dam veterum exemplarium fide nitentem, in tex- tum haud dubitanter recipere: φήτα ne quidem in marginem recepta, ceu digna, quae explodatur. Vide vanitatē hominis, qui ab aliis indicata, quum aliter malitiosa fraude sibi vindicare nō auderet, verutatis in lib. se reperisse fingit; in quibus tamen illa non inuenierat, quum editionem primam formaret. Quandoquidem vero in iis hæc causus est facere, quæ iam publicata fuerant: quid eum non tentaturum fuisse dicemus in non editis ad Xenophontē lucubrationibus meis supprimendis, quas vt publicaret, a me gratis acceptas annos totos x viiiii retinuit; numquam profecto redditurus, nisi Prætor Francofurtensis, apud quem iure liber tamdem reposcebat, & maioris multe metus, & amicorum voces, infamia vitandam monentium, ad restitutionem eum compulissent?

\* 35, B. Quod a me factum in Dione Cassio, libro historiae Romanæ x x v i i , ut pro εὐχρόπεπος scribendum monerem εὐχρωτόπεπος: idem heic faciundum dico, ut pro εὐχρωτέτες, præponatur εὐ- χρωτόπεπος: quo vsus est etiam libro v i i παγδίας, 196, B. in his verbis Xenophon: διδεμος διδρωτι εὐ- χρωτόπεπος. Quibus iam notatis, adlata H. Stephanii secunda editio mihi ostendit, ab ipso quoq; idem hoc obseruatum.

\* Ibidem, C. In his, διώξαι πειθόντες ιωτάς, testatur Camerarius οὐδεδίντες habuisse librum Budensem. Id retinere visum interpretando.

\* 37, B. In his, πολοὶ μὲν γόνην πολεῖς ἐπιπονοῦ, suspectum nonnullis est illud πολεῖς, pro quo notatum vides in margine πολοῦ. Et retineri quidem id potest, tametsi verius arbitreris, scripsisse Xenophonem πολεῖς. Solent autem Græci per abbreviaturam hoc ita scribere, πολεῖς, de quo quum periusset illud τὸ in fine, quod reliquum erat πολεῖς in πολεῖς mutatum fuit. Habes exemplum simile dein-

A ceps in notis ad pag. 520, C. vbi πλεῖς reperitur ex πλεῖσι corruptum.

#### A D LIBR V M II DE IN- STITV TIONE CYRI.

P Ag. 39, D. Legitur in exemplaribus editis prius, πολιτευομένοις Προσῶποι, proflus nullo cum vestigio vocula negantis οὐκ, quam editio H. Stephani ante ὁλογραφεῖ habet. Eamdem & Philephus interpretationi suæ inservit, nisi forte corrupti libri sint, ac pro Non, scripsit ipse Num: quod quidem mihi consentaneum vero videtur. Nam ea sententia plana est. Miratur enim Cyaxares, Cyrum ad Medorum Armeniorumque copias, non etiam Persicas adiicere. Quapropter subiicit interrogando: Quid ergo Cyre? tune tam exigua arbitraris esse copias Persicas, quas ipse te aiebas adducere, ut illæ nostrarum numerum non adaugeant? \* Henricus autem Stephanus, editione

C iterata, negationem omisit; excusans vitium prioris, quod idem & in Aldina fuerit. Addit, ab aliis existimatū se nullius libri auctoritate nisi, quum tamen editionem Aldinam sequutus sit; quasi ad errantis defensionem sufficiat, erroris habere ducem. Vsus & ipse sum editione Aldina, licet hanc ignoratam in Germania fuisse scribat impudentia sibi familiaris; sed ita sum vsus, ut illa non imitarer, quæ in ea corrupta videbam.

D 43, B. Quod heic legitur vocabulum πυμα- δερχος, & infra πυμαδερχος, arbitror esse vitiosa. Nam Aeolica sunt, ut Hesychius testatur. Pollux vero πυμαδερχος & πυμαδερχος vocat. Nec est vero simile, Xenophontem quidquam Aeolicum usurpare voluisse, quum præferti dixisset antea πυμαδερχος, pagina præcedenti 42, E. \* Hæc editione priori. Nunc autem in ea sententia sum; ut esse Xenophontea statuam πυμαδερχος, & πυμαδερχος. Sic enim scriptum in textu Xenophontis reperi libro v i i historiarum Græcarum, pag. 625, D. αφ' ικέ- σης ὃ δι πυμαδερχος. Vbilectio marginis πυμαδερχος, mihi quidem tanti non est, ut eā scripture textus integrori præferendam existimare debeam. Pollucem vero, quū πυμαδερχος scripsit, & πυμαδερχος, cōmūnem Gracorum dialectum in hoc sequutum puto.

E Quod autem subiicitur heic vocabulum δικαρχος, itidem corruptum arbitror. Licet enim & δικαρχος, & δικαρχος, apud Hesychium quoque reperiantur: tamen editioni huius fidem habendam vix puto, partim quod vbiq; corruptissime sit excusus, partim quod iisdem locis & δικαρχος, & δικαρχος, itemque δικαρχος, & δικαρχος, scribantur. Immo etiam δικαρχος exponit τὸ δικα- δανηγράφων, quod ex δικαρχος multo magis corruptum esse, quivis perspicit. \* Deniq; discrimen inter hæc eiusmodi statuo, ut δικαρχος intelligamus esse principes decemviro, quemadmodum δικαρχος sunt Dioni Cassio & aliis principes triumviri, δικαρχος nobis principes septemviri. de quibus sane decemviro nihil heic apud Xenophontem agitur. Δικαρχος autem accipiemus, sicut Hesychius loquitur, τὸ δικαδωνηγράφων, decuriarum duces; hoc est, decuriarum principes, siue præfectos, qui huc pertinent. Et hæc opinio mea confirma- tur isto Hipparchici Xenophontei loco, p. 962, A. quo δικαρχος, & δικαρχος, & πυμαδερ- χος legimus.

Ibidem,

\* Ibidem  
adiectum ad  
perius expo-  
sum, adscriptum  
videtur: si  
recedere  
44, B. Si  
tionem huic  
vocabulo  
dam censuit  
mutatis in  
cum facere  
num si quid  
num vel fa-  
tempore pr  
bus meis, st  
repererit in  
ruendis an  
ciarat, man  
animaduer-  
t est nono lib  
mere sine l  
se quaranti  
nophontis  
tionem alte  
regis Henr  
mensium sp  
tibus illis, s  
secundam p  
gomenis p  
persequunt  
more diffi-  
ase libres X  
tatos dicat  
Xenophon  
men opera  
ibidem,  
ja illis, ab i  
nus a Xen  
tim quod e  
tis reperra  
deficerit St  
fertim que  
bil adiicien  
repertis i  
tantam m  
Quia tam  
non inuen  
tione secun  
busdam m  
\* 49, C  
arbitror se  
id est. O  
50, B. I  
beatis in  
datus in  
detectum  
degen ad  
celer est fi  
currus) si  
huius reddi  
tus impri  
pe currant  
iām, & eq  
iu. Ego q

\* Ibidem, C. pro ἐτιθενταὶ τὸν περιπτωτικόν, vides adiectum ad marginem τὸν περιπτωτικόν, de causis superius expositis. Editione quidem priori τὸν περιπτωτικόν adscriptam, sicut non multo ante loquutum videmus Xenophontem, έως της Αὐτού τοῦ περιπτωτικοῦ δηλοῖ: sed reuera mihi longius hoc ab τὸν περιπτωτικόν recedere videtur.

44. B. Simplicissimam puto viam ad emendationem huius loci, si pro virtuato ρεγέξαι, legamus ρεγέξως. Nam hoc modo non erit ingrata repetitio vocis ρεγέξως, quam H. Stephanus heic reponendam censuit, quum insuaue quiddam habeat; & mutari εἴναι in εἴνως, non erit opus. Præterea mecum facere Philephus videtur, qui verit: *Agere eum si quid oportenteret.* \* Henricum vero Stephanum vel factum esse magis oculatum oportet a tempore prioris editionis, qui lectis cogitationibus meis, statim velut accidente oculis noua lucē, repererit in manu scriptis a me notata, quibus eruendis antea se tantopere suis in notis excruciarat, manu scriptorum opem præcitate non animaduertens: vel cotidie locupletati necesse est nono librorum veterum thesauro, de quo promere sine labore possit, quidquid aliis laboriose quarentibus tandem ad animum accedit. Xenophontis quidem exemplaria, quibus ad editionem alteram usus est, credo nanctum in aula regis Henrici Gallo-Poloni, quum illic toto x v mensium spatio hæreret: quantumuis in eleganticibus illis, & arte aulica compositis ad editionem secundam prolegomenis, quibus nihil ex prolegomenis prioribus adtigit, sed alia potius omnia persequeūtus est, non solum tale quid aulicorum more dissimuleret, sed etiam totis illis x v mensibus a se libris Xenophōteos ne quidem a limine salutatos dicat, & nescio quid de quadam inter se atq; Xenophontem simultate oborta narret, cuius ramen opera mox à reditu editione iterata excudit.

Ibidem, D. In contextum hæc verba, καὶ δεκάδα ὀλίγων, ab aliis omissa, recepi: partim quod hactenus a Xenophonte hic ordo sit obseruatus, partim quod ea Philephus etiam, suis in libris Græcis reperrā, sit interpretatus. \* Mirum, heic nos deficere Stephanī nostri exemplaria vetusta, præfertim quin hæc a me notata repeatat, de suo nihil adiiciens; nisi quod Camerarium ait testari de repertis iisdem in libro veteri suo, quamvis hic tantam manu exaratorum copiam non habebat. Quia tamen Stephanus suis in exemplaribus hæc non inuenit, haud istò dignatus est honore, vt editione secunda in contextū recipere, licet aliis quibusdam meis hanc gratiam fecerit.

\* 49. C. pro μιούτης αὐτούτως, οὗ καὶ τοῦ ὅδε λέγεται, arbitror scribendum, μιούτης αὐτούτως, οὗτος τοῦ ὅδε λέγεται. Ortum ex abbreviatura mendum.

50. B. In his verbis, ἐπειδὴ αὕτη δῆτα τῷ λέγοντι αὐτῷ, βέβαιον ἔντονος σύντονος, οὐ ποτὲ . . . δηλοῖ, αὐτοὺς συνέχειαν. Notas punctorum inserendas duxi, quæ defectum indicarent. Omnes autem interpretes δηλοῦ ad αὕτη referunt, ac vertunt: *Neque currus celer est, si tardus viatur equis; neque iustus, (scilicet currus) si iuncti sint iniusti.* Nam quod Camerarius reddidit, *Neque probè instrutus, (scilicet currus) improbus;* èamde habet absurditatem. Quippe currum probe instructum verit ex αὕτη δηλοῖ, & equos improbos facit ex αὐτοῦ συνέχειαν. Ego quum deesse vocabulum ante δηλοῖ non

dubitarem, notam adposui, ceu dictum. Quid est enim δηλοῖ αὕτη, currus iustus? quis hoc modo loquutus est inquam? Quodnam vero vocabulum desit, statuere necdum possum. Putauit aliquando σπάνυα posse restitui, quemadmodum alibi αἰνθνόν σπάνυα dixit Xenophon; sed diligenter intuēti locum, similia videntur heic tria ponit a Xenophonte: primum a curru, alterum à . . . . . quod ignoramus, tertium a familia. Putabat Canterburyus noster reponi posse, οὐ τοιωδέσσι δηλοῖ: quod ipsum quoque nec recipere possum, nec rei scire; quamquam ter omnino οὐτεδηλοῖ voce Xenophontem vnum sciam. Hactenus editione dicta priori. \* Quum autem post annumvigesimum quintum hæc ad istam editionem secundam recenserem, reprehendi veram esse coniecturam meam de admissione vocis σπάνυα, quæ reponi suo loco debet; vt intelligatur, exercitum non posse iustum esse, in quo cum aliis iuncti sint iniusti & improbi. Si quis autem ex me querat, quem Xenophon exercitum iustum vocet: respondebo, δηλοῖ σπάνυα prorsus id esse, quod præcedenti pag. litera D. dixerat εἰπόντος καὶ περισσεύοντος σπάνυα, exercitum naūum & obœdientem. Hæc enim reabsē militum iusticia est. Et ex his ipsis verbis colligimus, σπάνυα vocem illam esse, quæ heic à librariis omissa, locum mutillum reddiderit. Paullo etiam post obseruandum, in familia dici à Xenophonte οἰκέταις ἀδειοῖς, domesticis siue seruos iniustos; vt heic exercitum iustum, & milites iniustos. Et quid σπάνυα δηλοῖ, exercitum iustum, dici miremur? quum in 111 Memorabilium, 804, B. etiam bouum & equum dicat aliquos polliceri se δηλοῖς μισθωτοῖς, iustos effecturos; nimirum ad operas suas idoneos.

\* 50. E. In his verbis, ποιῶ ποτὲ ἐπειδὴ, αὐτοῦ τοῦ αἵρετου; scribendum huius αἵρετου loco potius αἵρετην. Id vero verbum esse Xenophontem, ex illis pareat initio libri παρθένος primi, τὰς πατέρες αὐτῶν αἵρετην. pag. 13, B. vbi scolian adiectum αἵρετην exponit αἱρετή, quod pro varia lectione nobis H. Stephanus illic obtrusit, vt ostensum. Heic quidem αἵρετην similiter exponendum αἱρετή. Quæ autem editione posteriori de interpretatione huius αἵρετην scripsit idem Stephanus; Philephum reprehendens; dum interpretandum docet αἵρετην το, τε δεμερίτης est, aut in sui amore te allexit, vel pellexit, aut te cepit: numquam ille censor interpretū protulisset, si de hac vera lectione cogitasset, aut in suis eā vetustis libris inuenisset.

55. A. pro ἐτιθενταὶ τὸν περιπτωτικόν, vt hactenus legebatur, restituētον τοῦ αἵρετην, sensu manifesto. Quippe nulla fit heic vellæua, vel de xtra mentio, sed paullo post δειπνοῦ: & more poëtarum hæc voces, αἴρετον ac δειπνοῦ, sære inter se confunduntur, vt ex Hesychio, Athenæo, Eustathio potest intelligi, ad quos te remitto. Præterea dicendum fuerat non ἐτιθενταὶ το, sed ἐτιθενταὶ, scilicet μέρη: sicut δηλοῖ δηλοῖ δειπνοῦ.

Ibidem, B. Placetum H. Stephano, tum Brodæo, pro ιώτων reponere ιώται: quod quidem etiam ratione est consentaneum. Sed H. Stephanus addit, post ιώται legendum, τὰς τοις εἰς τὸν ρεγέτον λόγον: vt scilicet ex duobus his, ιώται τοις, vnum illud ιώτων librarius fecisse videatur. Quid si multo commodius, & non maiori mutatione facta legamus, ρεγέταις οὐ (id enim οὐ pro δύο se reperiſſe dicit SSs

Camerarius in manu exaratis) εἰς ἔνα ιέναι, οὐ ποτε εἰς  
ηγί, cum ceteris. Idem certe vocabulum paullo ante corrupte legi, uterque restatur, Philippi etiam versione consentiente, in his verbis: οὐ μηδὲ οἱ μηδέποτε, pro τῷ δὲ οἱ μηδέποτε.

Ibidem, D. pro λόχαγον lego λόχων, in quo mecum etiam Philiphus facit. \* Hen. autem Stephanus etiam λόχαγον e contextu reiecit editione secunda, & λόχων reposuit, non auctore Leunclauio, sed adsentiente aliquo (sicut ait ipse) veteri exemplari; nimurum versionis Philippi, quam Leunclauius prior allegauerat.

\* 56, C. Qum x x c i o Persarum in exercitu Cyri fuerint, & hos omnes tunc lustratos instructosque fuisse, paullo ante memoretur: necesse erit heic pro δῆμοισιν, ad ducentos, scribi δῆμοισιν, ad trecentos: quū centies ducenti, sint x x c i o dumtaxat; cēties vero trecenti, x x c i o, qui numerus integer huius exercitus erat.

\* 59, E. Reddidi verba nostrā lectionis hæc, τὸ πᾶν δὲ τὸ πέλανον τὸ πέλανον, αὶ εἰμόντες τὰ μελαχειρά. Libri vero Budensis hanc lectionem Camerarius adfert, καὶ τὸ πᾶν δὲ τὸ πέλανον τὸ πέλανον αἴτιον, αὶ εἰμόντες τὰ μελαχειρά. Adducitur hic locus a Suida, qui ἀγνοεῖ interpretatur εἰπεύοντος. De quo equidem colligo, verbum illud ὄμυνον, quod in nostris editionibus reperiatur, esse glossam insolentioris illius verbi ὄμυνον: ita tamen, ut scribatur ὄμυνον, non ὄμυνον. Hæc glossa Xenophontem illud verbum antiquum ὄμυνον per libratorum inscritiam loco suo depulit, & in textum iure nullo irrepit. Camerarianæ vero lectionis huius, & verae, sensus hic est, Proterebat equum pedumque multitudine ante Cyrum, ut adgrediendo feras excitarent. Et ὅμοιος Theocrito series est procedentium in arvo mellorum.

\* 61, D. pro λόχων αἵτινες τὸ δεσμόν, τὸ σεδήνα, legitur in libro Budensi, λόχων αἵτινες τὸ δεσμόν. Sic infra, pag. 64, A. iterum loquitur Xenophon, δεσμονοί εἰσι.

### AD LIBRVM III DE INSTITUTIONE CYRI.

**P**ag. 66, A. Qum locum hunc, ὡς τεθέντες φερεταις, diligenter intuerer; non potu non animaduertere, vocem τεθέντες heic γνωστον, non pon. Nam eleganter Grace dicitur, ἐφεντες ἐλεγον, τοιν τον η διωκειν αποιεισ. Id vero τοιν, non tantumdem valet, ac τεθέντες: nec τεθέντες vero simile est, factum ex τοιν. Quapropter inspecta Philippi versione, deprehendi multo rectius prescriptum in libris ipsius fuisse, ὡς τοιν τεθέντες εφεντες ἐλεγον. Nam is verit, A loco longe distant. Nimurum auget facti celeritatem, quod Cyrus & procul distis & locis, & magnis cum copiis adueniens, prius Armenia oppresisset; quam ille vel suas copias coegisset, vel τοιν αἴτιον, (sic enim postea loquitur) sibi proximos.

\* Ibid. C. pro οἴσιον πᾶ (cum interiectis) μηδέποτε ταῦτα οἴσιον, rectius scribi arbitror, οἴσιον οὐκ οἴσιον μηδέποτε ταῦτα οἴσιον. Nam verbum οἴσιον μηδέποτε heic παντούν est procul dubio.

68, A. Veriore lectionem ad marginem adieci, voce οἴσιον, velut alibi quoque, in duas, οἴσιον οἴσιον, diuisa. H. Stephanus me monente recepit in textum.

A \* Ibid. D. pro οἴσιον πᾶ, quod est, Non neglexit, (sic enim antea verti, scripturam sequutus vitiosam) repono οἴσιον πᾶ, non cunctatus, re non extracta. His autem iam ante notatis, inspecto Stephani libro, illum idem notasse vidi.

69, B. Ante vocem τέτων, puto vel τέτων vel αἴτιον deesse; sicut paullo post, litera C. ante αἴτιον deest præpositio τέτων, etiam adsentiente mihi H. Stephanus. \* Hæc editione prima. Nunc autem arbitror, porius utroque αἴτιον reponendum, priore loco καὶ αἴτιον τέτων scribendo, posteriorē μηδέποτε αἴτιον καὶ αἴτιον τέτων. Facilius enim hoc αἴτιον periit ita scriptum αἴτιον τέτων, quam si scriptum fuisset, τέτων τέτων, vel τέτων αἴτιον: ac magis idem perspicuum in posteriorē αἴτιον αἴτιον, ob similitudinem litterarum in αἴτιον cum proxima vocis αἴτιον primis litteris tribus, quæ nihilcum τέτων similitudinis habent, ut nec tertium τέτων, quod H. Stephanus profert. quamquam id etiam alioquin ab elegantia Xenophontis alienum sit, qui nūquā, opinor, scripsisset; μηδέποτε αἴτιον τέτων. Fatebitur hoc diligentius expendens velipse Stephanus.

Ibidem, E. Hunc locum ita esse impeditum fatetur, vt me nequierim extricare de hisce verbis: αἴτιον σωφρονεῖσαι ποιῶν ταὶ γυναικας. præterim quum in margine viderem ad illud σωφρονεῖσαι adscriptam aliam ab H. Stephano lectionem αἴτιον διείσει, cui voci nulla cum σωφρονεῖσαι est adfinitas. Sum tamen in reddendis his, quum dico, Quod magis impudicas reddant uxores suas, Philiphum sequutus; qui Xenophontem scripsisse putauit, αἴτιον διείσει (si tamen id perinde Græcum est, vt αἴτιον διείσει) ποιῶν ταὶ γυναικας. hoc enim esse videretur, magis impudicus.

\* His ante annos x x v propemodum in expositam sententiam notatis, tandem in hac recensione nunc addo, veram verborum hanc esse scripturam, αἴτιον σωφρονεῖσαι ποιῶν ταὶ γυναικας, & germanam hanc sententiam, Quod magis intelligentes reddant uxores suas. Præcipue tum me, tum a-

E lios torsit huius vocabuli σωφρονεῖσαι significatum, quod heic nō est, vt etiam apud Xenophontem alibi, pudicitia; sed intelligentia, sicut & σωφρονεῖσαι plerumque dicit prudentiam. Ideoque non dubitanter aio σωφρονεῖσαι declaratum scholio marginis εὐμαρτίεισαι, magis dociles, magis πονηρότεροι, magis ciuiles. Mutandum enim illud εὐμαρτίεισαι, quod H. Stephanus & Camerarius adnotatum marginibus inuenierunt, in εὐμαρτίεισαι. Atque ita nunc sensum perspicuum habemus. Non potui ferre, ait Armenianus pater, illum filij magistrum, sed interfeci; non quia filium doctiorem efficeret, sed quia patri debitum amorem, dum filium erudiens sui obseruantem redderer, inse transferret: quemadmodum mariti viros alios cum suis vxoribus familiarius conuersantes non propterea occidunt, quod ex illorum consuetudine coniuges suæ civilitatem discant, & politiores fiant; sed quod hac conuersatione ciuiliore maritis amor debitus præcipiat. Et εὐωνύμοις τοιν ηγί, non simpliciter interpretor adulteros, vt Camerarius; sed consuetudinem, siue colloquia, siue conuersationem ac familiaritatem cum mulieribus habentes, qua ciuiliores quidem illæ redundunt, sed neglectis maritis, in illos ciuilius secum agentes, amorem omnem transferunt. Idem Camerarius marginis lectionem illam corruptam

āpānētēs, sequens, mulieres reddi dixit indectio-  
res, sensu prorsus absurdō. Hinc excurrit in ad-

notationibus ad longam commemorationem de-

pōnis adulterorum apud prīcos, qua huc non

pertinet. Peccant vero in hoc vocabulo ἀφρων

reddendo s̄p̄ius interpres. vñ Hipparchico

οὐ φρων  
quid Xe-  
nophonti.

pag. 955, E. h̄c verba Camerarius, πάλειν τούτους

μηδέν ταραχήσθεν, καὶ οὐ πωνεῖν τοφρονέσερον, vertitita:

Vt quisque talem equum vendere properaturus sit,

Εἰδησίρος, ut sibi comparet moderatorem. Ni-

mīrum Φρονέσερον, ad equum rettulit, quum an-

teia ἵπποι τούτους, tales equos, non τόντο τούτου, e-

quum talem, dixerit auctor, & Φρονέσερον aduer-

bij loco ponatur. Addit etiam in adnotationibus,

non verum, non contumacem; vñsumq; dicit Xenop-

hontē pulcherrimo virtutis ciuilis nomine, qua-

si hanc scilicet equo tribuat. Absurda profecto

sunt h̄c, & οὐ πωνεῖν Φρονέσερον significat simpliciter,

equos mercari prudentius, & maiore cum intel-

ligentia. Sic pag. 227, B. παράδεις libro V III re-

perimus idem hoc vocabulum ita positum, &

πάλειν οἱ ἀφρωνες; hoc est, qui noticiam in urbibus a-

liquam habent, vel intelligentes, vel periti sunt re-

gionum in urbibus. Henrico vero Stephanō nihil

heic respondendum arbitror, quia multis in me-

dium adductis coniecturis, lectionibus variis, a-

liorum & suis interpretationib; tamdēm veluti

mus h̄erens in pice, seipsum explicare nequit,

nec quidquam concludit. Meam hanc declaratio-

nem loci h̄actenus obscuri posteriorem, non est,

cur veram esse dabitare debeam.

\* 73. D. Corrupta sunt istae verba, επει καὶ ί-  
μης ταῦτα ἐλέγομεν. τὰ λαχομενά, ἔφασον οἱ χαλδαῖοι. Scrip-  
tūrā marginis a Büdensi libro sumisit Camerariū. Iūtat illa quidem nos aliquāntulum, sed  
integre locum non restituit. Debet autem hoc  
modo restituī, νομίζετε ἀφρωνέσερον διειδεῖται, εἰρ-

ηντο γενομένης; ή παλεοκούτης; επει καὶ ίμης ταῦτα λέγομεν,

οἱ ι ἀφρωνέχομεν. ἔφασαν οἱ χαλδαῖοι. Et h̄c in versio-

ne verba expressissimum.

82. E. Potiorem iudico adscriptam a me lectio-

nem marginis ιγείδη, quam illud in textu ιγείδη.

Placuit eadem Camerario.

83. B. Contextui verbum Xenophontēum πά-

λειδē restitui; reiecto ad marginem πέμπτην, quod

glossa illius est, imperitia Librarij loco non debi-

to posita. Solēt autem s̄p̄enumero verbis poē-

ticis vñ Xenophon, vt Hermogenes etiam mo-

nuit; in quorum numero πάλειδē habendum, o-

stendimus superius in catalogo glossarū, quas

pro lectionib; variis H. Stephanus edidit.

\* 84. C. Pro ἀγεαφίστης repono in ipso textu

ἔγενοντας. Nam paulo post ait idem Xenophon

noſter, εἴς αὐτὸν τὴν ταῦτα αὐτοῖς. Huius autem ἔγενο-

ντα scolian est illud ἀτεχνόντα, quod itidem in

marginē reperitur: pro quo tamdēm librarij ru-

des ἀγεαφίστης scripserunt, & in ipsum contex-

tum reuelerunt.

\* Ibid. E. Notauit H. Stephanus editione priori,

pro οὐ τῷ γῳ διεπιθῶν τὸς μέλοντας, &c. scriben-

dum plenius, οὐ τῷ γῳ διεπεπηντα γενὶ τὸς μέλοντας, id

que Camerarius interpretando sequutus est. Ego

scripturam origini propiorem arbitror, οὐ τῷ γῳ διε-

πεπηντα, propter litterarū similitudinem; qua-

facile fieri potuit, vt illud δε a librariis ante ἔγε-

νοντα omittetur. His autem exaratis, quum ad-

latam mihi editionem Stephanī secundam inspi-

A cerem: reperi verba eius, quibus inuentum scri-  
bit in quadam veteri libro verbum δε, ante ἔγε-  
νοντα; quod meam coniecturam tam adposita con-  
firmare mirabat. Et heic me nulla perinde, vt eti-  
am in ceteris, fraude vti; nouit is, cui nota sunt o-  
mnia.

\* 85. A. Vitiosa sunt h̄c, οἱ μὲν ξπὸ τὸν ἐρηματικὸν  
μαχῶντες. Nam quide castrorum munitionib; propugnarent, in hoc quidem conflictū, nulli e-  
rant. Itaque scribendum videtur, οἱ μὲν ξπὸ τὸν διπλὸν  
μαχῶντες: vt intelligantur, qui de curribus in  
acie prima pugnabant, quo copias hostiles cur-  
riū suorum imperu dificerent. Vix enim arbit-  
tror, ερηματικὸν dixisse Xenophontem, que nunc mu-  
nitiones plostrales in re militari vocantur. Nam  
ita tunc ερηματικὸν dici non solebat. Camerarius qui-  
dem sic reddidit, vt eum ερηματικὸν reperiisse suis in  
libris, non ερηματικὸν, pareat: & hinc arbitror etiam  
H. Stephanum suam haūissimē lectionem, quum  
ερηματικὸν vocem rectam esse notat, adsentiente quo-  
dam veterilibro, nimīrum Budensi.

\* Ibidem, C. Non reūcio temere lectionem  
hanc, πολλοὺς απέκτιναν, mullos occiderunt. Sed quia  
repertum fuit in margine κατεργάννων, prostraue-

reunt: arbitror hoc potius verbo Xenophontem  
vsum, vt paulo ante, οὐς ταῦτας αἱ σπαχαλαῖαι, quis  
primus virum deiicit, dixerat vtens eiusdem si-  
gnificati verbo. Id autem κατεργάννων scholiaſtes  
aliquis per απέκτινα, verbum notius & visitatius,  
exposuisse videtur. Et reuera congruit huic loco

D prosterndi verbum, quum prosterni plerum-  
que magno numero soleant, qui p̄e hostium me-  
ritu scipios impidentes, per aditum angustum in  
aliquem locum vel irrumperē poterant. Occu-  
passe vero glossas in ipso contextu germanorum  
Xenophontis verbōrum loca, s̄p̄ius & in supe-  
riorib; animaduertimus ex glossarū catalogo,  
& deinceps ostensuri sumus verbigratia, pag. 91,  
A. B. quod adscriptum marginile gegebatur, εἰς γὰν  
τοις, ad contextum pertinet; cuius alterum illud,  
εἴς αὐτὸν ποιῶν, scholion est, vocula visitatiore de-  
clarans illam minus notām. Sic etiam pag. 93, A.  
εἰς ταῦτα legitur, quod in margine positum, recipi  
debere in contextum aio; & vicissim verbum εἰ-  
κέλευσον, habendum pro glossa, vel ea quoque de  
caussa; quoniam alioqui breuissimo verborū ambitu, τε εἰκέλευσον repetitū, quod insuaue lectu-  
tōies, verbo εἰκέλευσον semel interieco, non nihil  
quasi cohdit. Maluerunt autem non satis eru-  
di calligraphi, quæ sibi notiora viderentur, in  
F contextum admittere, licet essent reuera glossæ;  
reiectis ad librorū margines obscuriorib;. Hu-  
iustinodi multa licet apud Camerariū e libro Bü-  
densi obseruare; quæ suis pleraque locis notabi-  
lissimis. Exemplum quidem non leuis est momenti,  
& hoc propriè pertinens, quod 95, B. legitur in  
nostris omnibus, οὐ τῷ γῳ εἰκέλευσον. Pro eo reperitur κατεργάν-  
νων in libro Büdensi κατεργάννων. Id vero in con-  
textū e marginē, quum scholion esset, pro verbo  
Xenophonteo irrepserat: ideoque dicit eo loco  
G Camerarius, κατεργάννων esse illius alterius εἰκέλευ-  
σον, minus vulgo hoti verbi, interpretationem.  
Rufus idem bis occurrit pagina sequenti 96, B:  
vbi κατεργάννων textus est, & ideo restitutum a me  
locū suo; κατεργάννων, marginis, vt scholion: ac  
ibid. C. pro κατεργάννων, reposui κατεργάννων, in con-  
textū; glossam vero huius, κατεργάννων, ad marginem

## A D P E N D I X

1035

1034  
rettuli, quo pertinebat. Factum idem p. 99, D. & alibi semper fiet, quoties haec inter se permutata deinceps occurserint. Exemplum aliud est in exemplari Budensi, libro v. magistris, pag. 128, C. vbi reperitur *περιστάτη* scriptum in modo nominato libro Budensi, rectius autem in nostris *περιστάτη*, *adcurrat*: cuius obscurioris alterū illud *περιστάτη* scholion est. Et in textum tamē hoc non recte irrepsit.

## AD LIBRVM IIII DE INSTITUTIONE CYRI.

**P**Ag. 89, C. Pro *τοντό*, quod reiectum ad marginem vides, reposui *εἰς τὸ παντούν*, sicut in vetustis codicibus legitur. Atque hoc verbo *πολλήν* vsum esse Xenophontem mirabitur nemo, qui eius lectioni familiariter adsueuerit. In primis ei frequentia sunt Homerica, de quorum numero etiam hoc est. Reperitur apud Homerum quum alibi, tum Ulyssae libro, qui εἰς inscribitur, *περιστάτη*. Item Iliadis libro 11. — *οἰκόδεντες*.

91, A. pro *τοντό*, recte me *τοντό* substituisse arbitror. Hen. quidem Stephanus me sequitur est.

Ibidem, C. Pro *τοντό Σκυτίους*, quod constanter habent omnes codices, aliud vel inuenit in libris suis Philadelphiis, vel confinxit. Facit enim *Εὐαγγελίου* mentionem. At hi prorsus serui erant, sicut & de v. Athenai, & 111 Pollucis, deque Platone, Thucydide, ceteris plurimis intelligere licet. Hyrcaniorum vero condicionem haudquaque eius modifuisse, satis adparet. Itaque cum Sciritis hos Xenophon confert, equites praesertim cum equitibus. Eos Scirum incoluisse, Arcadum coloniam, epitome Stephani Byzantij prodidit. Et quia singularis horum virtus erat, adsciti fuerunt a Lacedaemoniis ad bellorum societatem; adeoque semper hi *οἰκέται λόχοι*, cohortem Sciriticam habuerunt, & *περιστάτην*, primo in periculis constitutum loco, quemadmodum Hesychius ait, addens diserte, *λόχον illum fuisse απρασιόν*. Eorumdem infra quoque mentionem Xenophon, libro v. Graecarum historiarum, facit.

Ibidem, D. Vtus est, meo quidem iudicio, *πολλήν* hoc loco vocis *οἰκέτη* significatione. Nam poëta, quemadmodum scripti Pollux libri III capite v. 111, capiunt eam *αὐτὴν οἰκέτην*, pro domesticis, nō tantum scilicet pro seruis. Et Xenophon ipse subiicit, nationes Asiaticas secum domesticos in expeditionem sumere, *μόνον οἰκέτων*, hoc est familiam. Non autem soli serui *οἰκέται* *μόνοι*. Eadem vox hoc modo in 111 *αἰαλάνως* quoque bis inuenitur, ac posteriori loco inter *οἰκέτας* etiam filius familias censetur. Item in v. 1 *αἰαλάνως*. Immo *πολλής* ipsius initio, pag. 1, B. vbi dicitur, *έχοντας οἰκέτας*. Nam in administratione domestica, de qua illic loquitur, mancipia sola non reperiuntur.

96, B. Adnotarat H. Stephanus pro *πολλήν* legisse Philelphum *χολαρόντα*, qui vertisset, *Lente admodum incedebat*. Ego quia videbam *πολλήν* quidem legi nō posse, *χολαρόντα* vero, quod ex conjectura Stephanus obtulit, lōgius ab altera illa voce recedere: putauit quam minima facta mutatione reponi posse *πολλήν*. \* Camerarius se in libro suo *πολλήν* reperisse dicit, & verit tamen, *minime festinanter*, quod plane non quadrat. Hen-

A ricus autem Stephanus, more suo, meis inuidens coniecturis, ut eas supprimat; repertum, inquit editione posteriori, quibusdam in libris fuit *πολλήν*, quod eamdem cum *χολαρόντα* significacionem habet. Quid facias cum homine, quem animi morbus ad fingendum ne quid grauius dicam, perpetuo impellit?

Ibidem, C. Notam huic loco punctorum adposui, qua significaretur, aliquid desiderari; quemadmodum cuius diligenter haec consideranti licet

B animaduertere. Fuerint autem illa, quæ desunt, huiusmodi fortasse quedam: *οἱ μὲν οὐκτὸν πεντακοσίου τὸ σπανίδον, τὰς δὲ κονίδας*, cum ceteris, hoc est, *Eques ergo castra obequabant, εἰς τοὺς στρῖτος ποτίδιον*, &c. \* Spectant enim haec ad illud Cyri mandatum, paullo ante verbis his cōmemoratum a Xenophonte: *τὰς ταράπατας πεντακοσίου πεντακοσίου τὸ σπανίδον*. Henricus Stephanus, ut nodum in scirpo querat, primum aliquid deesse negans, Camerarium & Gabrielium mihi obiiciit, quorum

C neuter aliquid desiderari animaduerterit. Ad hoc respondeat Stephanus ipse, qui ad locum libri *πολλῆς* primi, p. 34, A. vbi similiter aliquid deesse notaueram: *Λευκλαῖνος*, inquit, *a ceteris interpretibus dissentiens*. & acutum, quam illi, hoc in loco cernens, quod aliquid ei desit, veram lectionem coegerat. *νικάντος*, est consequens. Ergo nō est, quod heic mihi auctoritatem illorum opponat, quam ipse met illuc, nō posse melius aliquid perspicienti præiudicium adferre, statuit. Deinde remedium inuenit, quo huic loco cōsulat, *τὰς δὲ κονίδας* scribendo. Sed quam ista abrupta oratio? quam mutila? *τὰς δὲ κονίδας περιστάτης*, *οἱ ταράπατας πεντακοσίου*. Non enim haec adnexa sunt præcedentibus, ideoq; per quam ingrata est & hiulca versio Camerarij, dum verbis mutulis inhæret. Iulius autem Gabrielius voces quasdam adiecit, ut quæ desunt, explareret. Et quinam erant illi *τὰς κονίδας περιστάτης*, de quibus loquitur? Ad minimum deest *οἱ πεντακοσίοις*, equites, qui copides strictas in manibus habebant. Nec tamen id quoq; sufficit integrando loco. Videbat hoc Stephanus, ideoq; recurrit ad mutationis paullo maiorem licentiam, dum scribi posse dicit, *οἱ μὲν τὰς κονίδας περιστάτης*, pro *ταράπατας*, prorsus illo & reicto & exploso. Addit etiam, incommodum hoc emergere de lectione mea, quod dicitur, *πεντακοσίου τὸ σπανίδον*, *circum castra vehebantur equites*, qui sequatur *πεντακοσίου*, *circumsteterunt*. At vero parabant Cyri mandato equites, *οἱ πεντακοσίοις* *τὸ σπανίδον*, qui iussi equites circum castra vehebantur, sicut

F ipse Xenophon his ipsis verbis vtitur; ac deinde *οἱ ταράπατας πεντακοσίου*, ordine instructi constiterunt. Haec eiusmodi sunt, ut prostratis H. Stephanii arietibus infirmis euerti nequeant. Omnino & vim talem habet, ut aliquid præcessisse, necessario fatendum sit. Cogitat ipse Stephanus de citato paullo ante loco pag. 34, A. vbi in his verbis, *τινὲς δὲ πεντακοσίους*, quamvis nihil sequeretur, quod his responderet, intactam se tamen voculam *τὰς* reliquise dicit, ut illa conjectura locum relinquere, vestigia vera lectionis seruans; idque pro sua religione ac more tractandi libros veteres, ne temere quidquam nouet aut expungat. Idem heic faciat in & quæ difficilis deleri potest, quam *π*, saepius alioqui redundans.

Ibid. E. Equidem existimo, posse multo rectius hæc, *τὰς πεντακοσίους*, *οἱ ταράπατας* & cetera, legi; si dimitaxat in uno verbo, & in distinguendo, leuis immuta-

immutatio fiat, tali quodam modo: καὶ πίνειν γέτε, ἐπ τὸ ποτός εἰκός μάλισται τοῦ τῷ σραπόπεδῳ τοῦ κατέφθασαν αἱ λίγης, δῆλον τὸ αἷμα συγκενασίαν ἔχειν, εἰκόπτει δὲ παρεῖναι, & ceter. Quod si quis pro γέτε, ita legere malit, καὶ πίνειν ὡς ἔγειρα, nimis eadem erit ratio, modo post ἔχειν tollatur πλεῖστης, & vel cum commate, vel colo commutetur. \* Camerarij vero hæc interpretatio, *Quod istud genus maxime omnium in castris reliquum esse conueniat*: indicio est, eum non κατέφθασα, sed κατέλειψθα leguisse. Retineri vtrumque potest, sed ita tamen, ut paullo aliter hæc redantur, nempe sic: *Quod istud genus maxime omnium in castris nunc relictum esse, vero simile videtur.*

\* 98. D. In his, οὐκ αὖτε πρέπειται οὐκέτι δοκοῖμεν ποιεῖν, ἀπέποντα procul dubio periit alia negotia, quam librarius imprudens omittendam putauit propter negationem οὐκ αὖτε πρέπειται οὐκέτι δοκοῖμεν, ποιεῖν, & sic construenda, οὐκ αὖτε δοκοῖμεν μὴ πρέπειται οὐκέτι ποιεῖν. Id vero magis perspicuum erit, si superiora cum his ita coniungantur; δενὸν αὖτε, εἰ οὐκ αὖτε δοκοῖμεν μὴ πρέπειται οὐκέτι ποιεῖν. *Mirum fuerit, si negligendo dinitias integras, non videamur nos minime decentia facere.* Nam alia prorsus est sententia, si scribas δενὸν αὖτε, εἰ οὐκ αὖτε δοκοῖμεν πρέπειται οὐκέτι ποιεῖν: hoc est, *mirum fuerit, si negligendo dinitias integras, non videamur nos decentia facere.* Ni mirum hac Hystaspæ menti contraria sunt.

\* 102. E. Punctorum notis indicaui, aliquid deesse verbis his, τὰς δὲ φρεσιδόντας . . . αἱ χαμαλώτες ἐλάσσειν. Fuerit autem hoc, mea quidem opinione, vox ὄπλα: sic ut integrari locus possit, τὰς δὲ φρεσιδόντας τὰ ὄπλα, αἱ χαμαλώτες ἐλάσσειν: hoc est, qui autem arma tradiderunt, eos captiuos fecerunt. Facta vero fuit armorum traditio ex mando Cyri, qui, sicut est in narratione superiori, iussit; εἴ τις οὐκ ὄπλοι ξένοντας ἴδοιεν, κατακρίνειν. si quos armagestantes exire viderent, eos occiderent. Camerarius vertit, *Quis se tradiderunt: ac si legisset, τὰς δὲ φρεσιδόντας ιαυτές.* Parū sane grata fuerit oratio, si subintelligi hoc ipsum ιαυτές debeat. Hen. Stephanus, cuius notas his exaratis inspexi, Philelphum allegat, armorum mentionem facientem. Itaque videmus vtrumq; nobiscum in eadem esse sententia.

\* 105. B. pro ἀποδήμῃ reponendum ἀποδήμῃ, anocabat: sicut infra videmus scriptum in his, 107. B. ἀποδημῶν τὰς τὰς ιαυτές: & rursus ibidem statim versu altero post hunc, ὁ ἀποδημῶν οὐ τοις αὐτοῖς. Libro autem VIII ἑλληνικῶν verbum hoc ἀποδημῶν magis etiam vitiose scriptum reperiemus ἀποδημῶν, ut videbimus in notatis ad pag. 636, E.

108. A. Rectius legemus, φρένις ὡς ἡμᾶς ἐλέγειν, quam ἡμᾶς ἐλέγειν, sicut paullo ante ὡς εἴμι. Propterea illud ὡς ἡμᾶς ad marginem posui. H. Stephanus adprobavit.

\* 111 C. pro αἱδὲ ιαυτές habet liber Budensis, αἱδὲ ιαυτές, eodem vtrumque sensu. Obiter autem heic obseruandum, paullo ante, versu quanto huius paginæ, vocaria Xenophontēς ψλας μαχαίρες, quas κοπίδες alioqui dicere solet, nomine facta a κοπίᾳ, quod cæsim hi gladij, non punctum feriant, propemodum ut sicam a secundo nostri dicunt. Hac copidis voce Curtius etiam usus est, pro gladio minus longo, leuiter incurvo, & falsis formam ex parte referente, cuiusmodi fue-

runt olim gladij populorum orientalium, & sunt hodieque Persarum, Tatarorum, Turcorum, ceterorum in iis locis. Apud Arabes nomen eis est Seife, apud Turcos Kilitz, Græcis κοπίδες sunt, ut

indicatum, Latinis sicæ, nisi fallor, Italæ & Gal-

*V. Fullonu M. Bell. p. 118.*

Kilitz.

Cimitara.

Sebel.

Azivaxus.

lis cimitarræ, Germanis sabeli, sicut & Bohemis a sabil, quod est interficere: Persis olim etiam acinaces. Ceterum ψλας μαχαίρες heic, non iam, ut olim, gladios nudos interpretor, sed gladios exiles. Camerarius etiam nudos reddidit, ac rationem adfert, ita nudos gladios dici, quemadmodum ψλοι vocentur iidem in exercitu, qui & γυνῆς Xenophonti nostro & γυναι. Verum de his quoq; loquendo, ψλοι sunt intelligendi, non nudi, sed quibus arma sunt exilia. Terram quoq; nudam adiicit a Græcis adpellari ψλοι, quod verum, si terram intelligamus arbores & filias nullas habentem. Nam eleganter præterea ψλοι ψλοι, & ψλοι ψλοι, priscis in glossariis exponitur & ψλοι ψλοι, & ψλοι ψλοι, & terra vacua. Copidas autem vocari, quas heic nominat ψλας μαχαίρες, paret ex eo, quod libro v παθεια, pag. 119, C. mentionem horummet equitum faciens, copidas gestas scribit, quibus exiles gladios antea tribuerat.

112. C. Sequutus sum lectionem librorum nostrorum hanc, αἱδὲ παχῶν κατέρρεστο τὰ λεόντα, οὐτε denuo felici leonem conficiens. Budensis autem libri scriptura non inelegans, διευχάλες παχῶν κατέρρεστο τὰ λεόντα, οὐτε infelicer felici leonem conficiens, ad marginē a nobis adscripta, Camerario placuit.

\* Ibidem. D. A verbo veteri Xenophonte κατακέντω, toties antehac reperto, non κατακταντω, quod heic legitur, sed κατακταντω deducitur. Id notare dumtaxat libuit, altero tamen minime recto.

#### AD LIBRVM V DE INSTI- TUTIONE CYRI.

E F PAg. \* 118. B. Prorsus hoc αἱαπόδην est, filegas, ut hactenus, αἱ εἶρον μέρη, αἱ βασιλεῖς. Nihil enim sequitur, quod ullo modo hoc possit accommodari; quum aliquid tacite videamus in aliis αἱαπόδην reperiri, quod prioribus respondeat. Hæc me causâ mouet, ut omnino scriptum a Xenophonte iudicem: αἱ εἶρον μέρη φημι, αἱ βασιλεῖς. Quippe nec opus est alioquin illo εἶρον, quum præcesserit εἰτεξεν: & hoc modo plana oratio est, nullo indigens ad αἱαπόδην refugio. Vitiatae scripturæ origo ex abbreviaturis. Henricus Stephanus post βασιλεῖς putat ex præcedentibus subaudiendum τὰ εἶρον δοκοῦν εἶρον. Sed nihil tale in præcedentibus exstat. Sensu quidem eius εἶρον μέρη adigit, quod est in emendatione mea. Littera autem C. pro εἰτεξεν habet liber Budensis συζητήσεις, quod margini adiectum. Item littera B. pro δρόμον, in eodem est εἰτεξεν, quod in versione sequitus sum.

119. E. pro οὐτες αὐτῶν, legendum αὐτῶν, ut ad marginem notauit. \* H. Stephanus probans, in G textum recepit.

120. A. Notam adposui, qua indicaretur, in his verbis, φέροντας οἶνον, αἱεναρχεῖς, δῆμος ὃ ἐλασσόντας, aliquid deesse. Potest autem suppleri locus hoc quodam modo, παῖτας ἐξηγήσι, δῆμος ὃ φέροντας οἶνον, αἱεναρχεῖς δῆμος ὃ ἐλασσόντας, &c. Exemplum simile deinceps 164, D.

P  
ru  
abesse.

Budens  
hibet.

quis int  
quidem

\* 177

de via se  
verbum

teum es  
dem rep

scholion

phon &

341, E. i  
in partes

zuprū, ali  
tipagina

inferior

\* 178

bro Bud  
sequenti

A. il  
nere vol  
hanc esse

que rect  
in usus

\* 181

modo; u  
distinctio

Budensis

Ibid. E  
decise si  
ricus aut

adscriptis

mens dis  
ligentius

anus ei po

en sicut m  
in dicitur

deficit.

182, A  
librorum

Philephi

glossa, tunc

\* 183,

sis scriptur

alia, quod

men fucti

elegans et

pro i, u

itemque l

bra, poti

Abradatis

186, A.

nisi illi cun  
te illa n

Sensus est

uicissim

quo cunctis

libro Bude

\* 122, A. In his verbis, επιζητενος ου μετειστητων αιτων, haec tenus αιτων habuimus insanabile: quæque statim sequuntur, επιδειγμα βρομου, usque ad Meriones doxam, quidam παρενθεσ longæ incluserunt, quæ tamen nihil ad explicandam loci difficultatem prodest. Ego dum taxat ante επιδειγμα sublato puncto, siue πλειστη, & unico illo επιδειγμα, commutato in επιδειγμα, quæ sapienter permuntantur, sic omnia restituunt; ut nihil obscuritatis amplius superfit. De επιδειγμα ex επιδεi restituendo, habes exemplum inferius, ad pag. 204, B. & aliud ad pag. 338, E.

\* 124, E. Legitur in omnibus, επιπλεον παντων χρησιμων, & aplerisque redditur, Multis & multis rebus. Evidem dum vocem λογιαν, quæ præcedit, & προσωπων, quæ sequitur, considero: facile animaduerto, λογιαν, quæ sunt siue res, siue pecuniae, locum heic nullum habere; quum de tristibus & aduersis rebus heic sermo sit, quæ Græcis dicuntur προσωπων, non λογια. Nihil ergo magis idoneum præcedenti sequentiq; voci siue fit, quam si προσωπων, pro illo χρησιμων, reponatur. Sic enim hæc tria sibi commodissime respondent, λογια rumores; προσωπων, res ipsa tristes & aduersae; προσωπων, vultus hominum trepidantium: de quibus & colligi, & augeri terror ac formido sollet. Sic igitur apte voci viatæ temedium adlatum. Alioquin videri posset vocabulo χρησιμων similius esse προσωπων. Sed λογια, quod præcessit, & λογια distingui nequeunt. Quod Philippi scripturam actinet, χρησιμων legentis, pro χρησιμων, ut malo perturbatorum colores intelligantur: per me quidem licet hanc retineat, qui voleat. Nam mihi vix habere locum videtur, quum alii colores intelligi non possint, quum vultus & statim vultus mentio subiiciatur, qui ab illis coloribus secerni nequit.

125, A. Lego pro αιτησιαι ποτισιαι αιτησιαι φρονιμων, sicut tamen, ut iudicium, uniuersique suum relinquam. \* Camerarius quidem animaduertit, excitandi verbum deesse; verum id latere in αιτησιαι, si recte scriberetur, non deprehendit.

\* 128, C. Sequutus sum lectionem visitatam, Επιμετρω φύλων, licet meliorem esse iudicem, quæ est in libro Budensi; Επιμετρω φύλων, ut επι μετρων natione, non Επιμετρω nostræ.

\* 130, D. m. E. Dico heic idem accidisse, quod superius aliquoties noratum. πατησιαι ειδη πονων, vel ειδη πονων, ut alij habent, textus est: πατησιαι ειδη πονων, scholij siue glossæ verba sunt. Nam ἀλιθων, voce una respondet vocabulo præcedenti βαρυτων, ceu quinis perspicit. Camerarius quidem a nobis est, quum lexi posuit in textu, quæ scilicet ειδη πονων a Græcis sunt.

\* 131, B. pro istis, αφικετως ιματων, διπλη τοπικη καιην, plenior & rectior libri Budensi est ista lectio; αφικετως ιματων, διπλη τοπικη Σάκη αγένων. Nimirum post ιματων deerat plena distinctio, & ultime literæ vocis τοπικης, proxima, nimirum σ, cum α, perierat: vnde factum, ut Sacas heic prorsus amiserimus. Itidem versu post hunc altero, pro σι δι αγον αιτησιαι, scribendum plenius, σι δι Αλκενα δι αγον G αιτησιαι, ex eodem libro.

\* Ibidem, D. Lectio marginis επιχειρησιων, pro qua nostri habet, παρεγνωτω επιχειρησιων, haud inelegans est, ac libro Budensi debetur. Vtiusq; tamen scripturæ sensus ad idem recidit.

136, C. pro κακωμενος restituendum putat H. Ste-

A phanus κακωμενος. Ego minori cum mutatione κακωμενος repono. Nam eo verbo sape Xenophonem vti cōstat, sicut & αιτησιαι, paullo post. Item Plato dixit, κακωμενος τεις τε: & Euripides, λέχοις τεις κακωμενος. H. Stephanus in textum deniq; recepit.

\* 138, A. pro πιω δι τη πλειστη λειτουργων scribo & distingo sic, πιω δι τη πλειστη λειτουργων, λειτουργων, videlicet επιλευσ. Vocem vero πιω δι, non coniungo cum λειτουργων, sed illam præcedentem repeto, πιω δι διπληρωτης πιω πλειστη λειτουργων λειτουργων, ex hostium imperio B prædam abigendam præcepit. Nā alioquin hostium prædam abducere, parum conuenienter dicitur, & ambigue.

\* 139, B. pro εις αιτησιαι scribendum esse αιτησιαι cōstat ex scholio marginis, αιτησιαι, quod tamen H. Stephanus pro diuersa lectione dedit. Iam statim sequitur, πιω μεντη εις αιτησιαι, quod rectius scribetur πιω μεντη. Paret hoc manifestius, si cum his iungantur sequentia, πιω μεντη εις αιτησιαι χρησιμων εσαι.

\* Ibidem, E. pro εις αιτησιαι πιω μεντην, rectius erit, εις πιω αιτησιαι πιω μεντην, quod in versione sequutus sum, ut omnino fieri debuit.

\* 140, C. Quod legitur heic αιτησιαι (cum intermedii) αιτησιαι, cōtrarium est proxime præcedentibus illis αιτησιαι αιτησιαι. Ut igitur hæc inuicem sibi respondeant, scribitor αιτησιαι αιτησιαι, in quo laxitatis apta loca inest significatio.

141, C. Adieci lectionem multo meliorem ad libri marginem, nimirum pro Μηδεια τεις scribendum, Μηδεια, πιω των αιτησιαι αιτησιαι.

#### A D LIBRVM VI DE INSTITUTIONE CYRI.

\* Ag. 158, D. pro Η ιπποβασια βαρεαρων τη κατω Συνειας, legitur in Budensi libro, η κατω Αιτησιαι: non male quidem illo Η posteriore in δι μετατο, sed non itidem Syria in Asiam. scribendum enim, η κατω Συνειας.

\* 162, C. In omnibus legitur, εξεταζετε τεις ειφιδιον, ειφιδιον, pro quo fortasse rectius τεις ειφιδιον, sicut & antea vteram, Interrogate illos, qui vobis parent.

\* 164, D. In hisce verbis, πρεγεληπτον δι . . . . . πιληπτον, οι ει δι πιληπτον, notam punctorū adieci, quod haud dubie desit, οι ει πιληπτον, cui respondet οι ει δι πιληπτον: sicut & supra indicatum, pag. 120, A. de αιτησιαι αιτησιαι ante αιτησιαι δι, quod ibidem sequitur. Hoc quidem loco mihi H. Stephanus adsentia rite dicit expresse.

\* 166, C. pro αιτησιαι αιτησιαι πατησιαι ειδη πονων, plane reponendum επιχειρησιων: vt επιχειρησιων μεταδια, sit occupare 40 stadia; quemadmodum statim subiicit, κατειχον χωριον, verbo adfini, & heic idem significante. Alij simpliciter εχον illi αιτησιαι substi tuunt.

Ibidem, D. pro αιτησιαι αιτησιαι, longe malim, αιτησιαι αιτησιαι: Nequaquam scire poterint.

\* 167, E. Quod pro κακωμενος ait Camerarius κακωμενος in veteri se libro suo reperiitε μαλακωμενος; non μαλακωμενος scholion est, siue glossa.

170, D. pro κατηχων εικονας reperitur in quibusdam κατηχων εικονας, in quo si transpositio fiat, εικονας, εικονας, rectius legetur.

Ibid. E. pro σωντηιαν κατηχων αιτησιαι εικονας, rectius aliquanto legitur apud alios, σωντηιαν μετ' αιτησιαι: sed adhuc integrior est Budensi libri scriptura talis, σωντηιαν μετ' εικονας, quam equidem sequutus sum.

## AD LIBRVM VII DE INSTITUTIONE CYRI.

\* Ag. 176, B. Editione priori notas heic inserueram cōtextui, quibus indicaretur, aliquid abesse. Id recta factum coniectura, nunc e libro Budensi constat; qui nobis etiam, quod deest, exhibet. Nam ita legendum, ἵγιτε ποντούς, (cum reliquis intermediiis) οὐ μη ἐπαντέθουμενα κέρατα. quod e- quidem interpretando reddidi.

\* 177, C. In versione lectionem vñitatem verbi διαχωρίσαι retinui, quod significare videtur, cedere de via se diuidendo. Liber autem Budensis habet verbum διαχωρίσαι, quod si corrigatur, Xenophóteum est, nimirum scribendo διαχωρίσαι. Et hoc quidem reponendum isto loco pro διαχωρίσαι, quod scholion esse iudico. Nam verbo διαχωρίσαι Xenophon & alibi vñus est, in fine libri 1111 αἰαλόνως, 341, E. idōντες αἱ τὰς διαχωρίσας, quum hostes se duas in partes scindere cōspexissent. Verbo autem διαχωρίσαι, alio prorsus sensu est vñus Xenophon sequenti pagina 342, B. καὶ τὸ διαχωρίσαι τὸν, abscessus per inferiora siebat.

\* 178, C. Vitiosa sunt illa, εἰς τὸ τρέχειν περιόδου, εἰς τὸ τρέχειν, & cert. pro quibus reponendum elibro Budensi, εἰς τὸ τρέχειν περιόδου, οὐ εἰς τὸ τρέχειν, cū sequentibus. Quod autē paullo post legitur, 179, A. εἴ τη καὶ ἀλλοὶ μένοι τῷ πολεμίῳ, καὶ μάχοι, retinere volui, licet haud ignorarē, in eodem Budensi hanc esse scripturam, εἴ τη καὶ ἀλλοὶ μένοι τῷ πολεμίῳ. quæ recta sive esse debeat, etiam μέχρι mutandum in μάχοι.

\* 181, B. Non ita scribi debet hic locus, μένεντες τοῖς ὄποις, παρήγειτεν αἰεισποιῆσαι, sed rectius hoc modo; μένεντες τοῖς ὄποις παρήγειτεν, καὶ αἰεισποιῆσαι, distinctione mutata, & copula καὶ adiecta, quam Budensis etiam liber habet.

Ibid. E. Post ἡζοισι punctorū notas posui, quod deesse φέρουν arbitrer. \* Hęc editione prima Henricus autem Stephanus post me deficere aliquid, adscripsit margini; non tamen, quid desit, exprimens diserte. Intuenti vero mihi locum hunc diligentius lucubratione tertia, mutatione verbivni ei posse consuli vñsum est; nimirum ut pro ἡζοισι τὸν ἡζοισι παῖς, οὐ, παῖς τὸν ἡζοισι παῖς, rectius scribatur, οὐ παῖς τὸν ἡζοισι παῖς, οὐ, παῖς τὸν ἡζοισι παῖς. Sic nihil omnino deficit.

182, A. Pro ἔγραψαι dico scribendum ἔγραψαι, contra librorum omnium auctoritatem, ac ipsius etiam Philephi. Sequitur enim, πίπτω. posteaquam adgnos, mitto.

\* 185, A. Sequutus sum elegantē libri Budensis scripturam hanc, ρωμαϊκοῦ ποντοῦ τὸν τρέχειν, quod in aliis est τὸν τρέχειν. sed potius tamen fuerit τὸν τρέχειν, quam illud τὸν τρέχειν. Non minus elegans est, quod in eodem paullo post, litera B. pro οὐ ποιῶ legitur ποιῶ. sensu liquido & apto: itemque litera C. pro ἀξιωτέρω, ex dignitate nostra, potius ἀξιωτέρω, ex dignitate vestra, scilicet Abradatis & Panthex.

186, A. Vitiosa sunt ista, καὶ αὐτὸν μηδέποτε τὸν τρέχειν κεχωρίσαι λέγεται. Nam post μέχρι, temere illa οὐ νῦν, repetita de superioribus, irrepsere. Sensus est is, quem reddendo expressimus. μέχρι τὸν τρέχειν nihil est aliud, quam si dicas, vñsi ad locum, quo eunuchi se singularant. Absunt hęc quidem a libro Budensi, qui paullo post, litera C. pro ἕπιτε-

A nobis offert κατηγορία, significati verbum plenioris, quod pro consueta vanitate se dicit H. Stephanus inuenisse quodam in exemplari, scilicet Camerario, numquam ab se visto: & sequenti versu, Αἰσθαντος τὸν πόλεων, qui pro Cadusio, recte quidem admittetur, etiam aduentiente Camerario; quum hoc viro Persia proprium nomen fuerit, illud genti.

\* Ibidem, pro εὐνύχῳ, in contextum recepi συντελέσθαι, reiecto illo εὐνύχῳ ad marginem, ceu scholio; quo significatur, sceptrigeros Xenophontis εὐνύχου, reiecto illo εὐνύχῳ ad marginem, ceu scholio; se eunuchos, quod omnino verum est. Sic enim qui. & infra legimus, libro 11 αἰαλόνως, 266, B. τρόπος αὐτοῦ τὸν εὐνύχον δεσπότων: & libro μαρτίου VIII, pag. 206, A. πυραμίδας τὸν εἰς τοὺς τρεῖς μέγες τὰς τοῦ εὐνύχου: ad hanc venationem sceptrigeros etiam suos innuitabat. Eodem vero libro, p. 215, C. ait, οἱ αὐτοὶ αὐτὸν εὐνύχους. Solet autem adparitores intelligere Xenophon, quum dicit οἱ αὐτοὶ τὸν εὐνύχον, οἱ αὐτοὶ τὸν εὐνύχον, vocabulo proprio adparitores significante lingua Latina, quum Gallica & Italica dicantur in castris hodie sergenti, Germanica Webeli. Notandum & hoc, sergenti quod Cyrus Gadatam εὐνύχους hisce præfecerit, Webel. eunuchum scilicet eunuchis: uti libro μαρτίου VIII legitur, pag. 220, C. Vidimus & ipsi coram Constantinopoli ad portam Osmaneam eunuchos in illius Sultani serao, vere εὐνύχουs sive sceptrigeros esse, more de Persis hoc antiquissimo a Turcis usurpato; quos in Perside diu fuisse nostris in prolegomenis historiæ Musulmanæ, atque alibi, prolixius ostendimus. Gestant enim sceptralia, quæ dignitatis & officiorum insignia sunt, ut apud Romanos fasces, apud Græcos imperatores Christianos recentiores baculi, qui lingua Græcorum εὐνύχος, προσων adpellationem habent, quemadmodum in Pandecte nostre rerum Turcicarum hęc pluribus declarata videre licet, capite 173. & 199. Atque hi baculi apud nos quoque conspiciuntur adhuc hodie in mœnibus tribunorum, & aliorum officialium militarium, etiam adparitorum, quos sergentes nunc vocari diximus. Xenophon quidem noster libro 11 αἰαλόνως, 279, B. Clearchum, tamquam prætorem, vel tribunum militum, βασικαὶ, baculūs tribunī. Vide notata ad pag. 279, B. infra.

E \* 186, E. Evidem scripturam hanc, εἰςλατοτετραγωνοῦ, priori editione retinui, quum Philephum reddidisse viderem, castella inslit. Ipse vero tunc interpretatus sum, Castella cum equitatū ingressus est: dissimulata lectione, quam in hoc sequutus essem. Eam vero nunc fatebor, videri mihi commodiorem ac veriorem illa priore εἰςλατοτετραγωνοῦ, nimilrum εἰςλατοτετραγωνοῦ. Nam insilire in arcem cum exercitu, alienum a nostri Xenophontis αἰφελέται: & præser-tim, quum Adusio Cyrus in equitatū Persici noua illa copia concessisse cohortes equitum, quibus vteretur, vero sit consentaneum; verbo εἰςλατοτετραγωνοῦ vñsi videtur Xenophon, quod equitatui præcipue conuenit. At εἰςλατοτετραγωνοῦ, nec de copiis equestribus dici potest, nec de pedestribus; extra munitionum expugnationes, quae locum heic nullum habet, Adusio in arcem ultro admisso. Confirmat vero hanc sententiam meā adscriptum a me margini verbum εἰςλατοτετραγωνοῦ, ingressus est in castella: quod pariter & equitibus, & pedi-

G

tibus conuenit. Est autem Budensis hæc librale-  
ctio, cuius illud *εἰσιλαστόν*, dubio procul est nostri al-  
terius *εἰσιλαστόν* scholion siue glossa.

\* 188, B. Non sequitur sum scripturam libro-  
rum editorum, οὐτος εἰδὼς τὸ ὅπερόν τον εἴπει σωτεί-  
ατις Δημόσιον, εἴπει μὲν: sed integrorum hanc Buden-  
sis, τὸ ὅπερόν τον εἴπει σωτείατις Δημόσιον, εἴπει μὲν. Nam  
alterum illud εἴτε cum ὅπερόν τον vocabulo non cō-  
uenienter iungitur, ut hoc posterius.

\* Ibidem. Vix placere potest, πάντα πειραμένειαι  
τοῖν διαφορῶν χριστᾶς. Nam illud διαφορῶν χριστᾶς, non re-  
spondet præcedenti πάντα, nisi certo quodam re-  
spectu: sicut nec illud, si legas, ωντιν, quod tamen  
tolerabilius. At vero si scribarat εἴπει, hoc modo,  
πάντα πειραμένειαιαι, εἴπει ωντιν χριστᾶς, fuerit  
hoc dubio procul integrum: sicut & infraloqui-  
tur, ως εἴπει πάντα, εἴπει ποτε διαφορῶν.

\* 191, D. Aliud est, si dicas, φεύγει τοχή τος οὐτοῦ  
οἰκισθεῖν, quod heic legitur; aliud, φεύγει τοχή τος οὐτοῦ  
οἰκισθεῖν. Prius illud vix locum habere potest, licet  
in editis hactenus, omnibus reperiatur: alterum C  
aptissimum huic esse loco, non est cur dubitem.

\* Ibidem, E. Heic aliquid abesse, de verbis his-  
ce quæ sequuntur, οὐδὲν αὐτὸν ταῦτα, colligi vide-  
batur mihi, quum Xenophontem meum pri-  
mum darem. Nec aliter quidem existimari de hoc  
loco potest, idem & H. Stephano fatente, si le-  
ctionem hanc, & distinctionem retineamus: οὐ-  
δὲν αὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα.  
Nimirum post ταῦτα reperitur in omnibus di-  
stinctio plena, periodum claudens; & inchoatur  
alia statim periodus ab iis, quæ sequuntur. Sed mi-  
hi nunc verba Xenophontis accuratius intuenti,  
vera se offert huiusmodi torius loci lectio: αὐτὸν  
αὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα.  
οὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα.  
Sic integra  
E sunt omnia, proxειδεις & succedente εἴτε εἴτε: ac deinde pro δοκεῖ γένεται, nuda transpositione, γένεται δοκεῖ, facta.  
Sic etiam non opus est illa vocum ingrata repeti-  
tione, αὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα, ως κόμω δοκεῖ  
γένεται & cert. quam nobis H. Stephanus obrulit. Tam-  
dem & Camerarium consului, qui meam emen-  
dationem in prioribus confirmans, aliam exhibet  
in iis, quæ sequuntur, hanc lectionem: καρδονεῖ  
γένεται οὐτὸν ταῦτα, εἴτε αὐτὸν ταῦτα. quam defendat, qui vo-  
let, aut poterit. verbum quidem καρδονεῖ mihi  
per videtur ignotum, nec illis simile, καρδονεῖ &  
δαρδονεῖ; quæ tuendi eius causa Camerarius ad-  
fert. Notum enim, quæ horum origo sit.

\* 192, A. Rectius illud, οὐτὸν ταῦτα, εἴτε εἴπει, scri-  
ptum in veteri libro suo reperit Camerarius, εἴπει  
τον ταῦτα, εἴτε εἴπει. Quod autem ultimo versu sequitur,  
πειστούσιν αὐτοὺς πονεῖται φας πολὺ, Camerarius  
his verbis reddidit, Faciunt in illos potantes ad lu-  
men ingens imperium. Ego, licet ignorare non de-  
beam, φως esse lumen; interpretari tamen heic a-  
liter istud de industria volui, hoc quodam modo:  
Irrunnt in eos ad ignem luculentum potantes. Nam  
in itinere meo Turcico cum Græcis ad focum, pro-  
gentis consuetudine sedens, & prandens illuc, iti-  
demque more Græcanico συμπίνωται φως πολὺ;  
quemadmodum heic Xenophon loquitur, signi-  
ficare φως, etiam ignem intellexi, qui lucem de se  
præbet. Ac primum quidem hoc a sene quodam  
Græco Chalcedone in Asia, (non illa vulgo exi-  
stimenta, quæ priscis Chrysopolis est, recentiori-  
bus Scutarium, Turcis schudar, sed vera) didicisse

φως, ignis  
lingua re-  
centiori,  
& veteri.

Græcorum  
συμπό-  
στα.  
Chal-  
cedon.  
Scutarii.  
Chrysopo-  
lis.

A recordor: præsente Hieronymo Arconato, viro

optimo & amicissimo, nunc Cæsari nostro a se-  
cretis bellicis castrensis, qui linguam Græco-  
rum recentiorem norat, quod in Creta siue Can-  
dia prius militasset. Id vero vocis hujus significa-  
tum Græcos hodiernos a maioribus suis accep-  
se, quemadmodum & alia vocum aliarum vulgo  
nobis ignota, non est cur dubitemus. Sic & in la-  
cris, Marci xiiii capite legemus de Petro, ιη-  
μανόμενος τοῖς τῷ φωτὶ, se calefaciens ad ignem, quo

B τῷ φωτὶ τῷ φωτὶ<sup>τῷ φωτὶ</sup>  
fane loco reddi nequit, Se calefaciens ad lumen.  
Rursum Lucae xxi. idūται κατημένον τοῖς τῷ φωτὶ,  
quum ad ignem sedentem conspexisset. Sic itidem  
Xenophon noster alibi, libro αἰαλάτων v. 11. pag.  
400, C. δέ τῷ φωτὶ καταφαντεῖ εἴπει, conspicui essent  
propter ignem, qui videlicet de se lucem spargit.  
Præcessit enim, εἴπει περὶ τοῦτο τοῦτον τοῦτον  
quod ea de causa Seuthes regos & ignes accendisset.

\* 193, B. An rectum sit, οὐτὸν ταῦτα, εἴτε εἴπει,  
pro quam minima cum inuidia; considererent eruditii.  
Comparemus ad illud scripturam hanc, οὐτὸν ταῦτα  
διηγοντας, & insigne discrimen videbimus. Mihi  
quidem posterius hoc probatur.

195, C. Reprehendit Philelphum H. Stephano-  
nus, qui non recte verbum ξεπάστειον vetterit. Ego  
vero multo rectius legisse Philelphum arbitror,  
quam vel Budæus, vel H. Stephanus existimarint;  
nimis *ξεπάστειον*, manu prehendisti, quod vide-  
bunt facile, qui diligenter locū insipient. \* Hen-  
quidem Stephanus, mutata lententia, meumque  
secutus iudicium, definceps *ξεπάστειον* in contextum  
recepit; licet nomen in adnotationibus meum si-  
lentio prætereat. Tandem & ad sensum libri Bu-  
densis reperimus.

\* 197, B. Notauit ad ista, οὐτὸν ταῦτα, H. Ste-  
phanus in margine prioris editionis hæc verba,  
velut diuersam lectionem οὐτὸν ταῦτα ξεπάστειον: quum  
nihil sint hæc aliud, quam scholiolum declaran-  
do verbo inusitatiori *ξεπάστειον*. Idem factum & a Ca-  
meratio, qui addit, non immerito scripturam ver-  
bi *ξεπάστειον* eruditis suspectam esse Mibi vero purum.  
putum hoc verbum Xenophontem est, cui de si-  
gnificatione *ξεπάστειον* quiddam inest; quam Cicero  
tranquillitatem dixit. Atque hinc videre licet, id  
verum esse, quod aliquoties ostendi; glossas apud  
hunc scriptorem occupasse multis in locis ipsas  
verborum genuinorum ac veterum sedes; quæ  
propter insolentiam calligraphis imperitis haud pla-  
cerent. Ait enim Camerarius, in suo quoq; libro  
manu exarato fuisse verbum *ξεπάστειον* sede sua motum,  
eiusq; loco scholiò illud, quod indicauimus, repa-  
ritum. Ne quis vero dubitet, recte me iudicare de  
hoc & aliis scholiolis; consideret hac ipsa pagina;  
littera D. scholion aliud, quovocabulum *ωτιοχεά-*  
*τον*, explicatur per *ωτιοχεάτον*. Quis, nisi dormi-  
tans, aut cæcus, haud perspicit, hanc esse glossam?  
Acutus tamen ille laborum hypocästicorum fla-  
gellator H. Stephanus pro lectione diuersa dedit.  
Sed vel inuitum abducendum arbitror in aliquod

G frigore prorsus torpescat. Quam enim hoc frigi-  
di iudicij, quod ad *ξεπάστειον* editioni priori diuersam  
illam lectionem, quam glossam esse ostendimus,  
adscriperit: editione vero posteriori prorsus idem  
*ξεπάστειον* e textu profligarit, ac he marginē quidem  
dignum censuerit; illa, quam exposui, glossa in  
textum recepta. Nimirum temerarium, Aristar-  
cho,

1044  
che. V  
numer  
starch  
vſurpa  
tro &  
tate ide  
bito. A  
randæ  
profec  
multat  
bellis 8  
legome  
bis. Ar  
sionem  
no at c  
non pre  
te in X  
nimiri  
tur? Ne  
monun  
starchu  
set? H.  
debis;  
cum, sec  
redeas;  
qui vigi  
orne  
Perfatu  
dem in  
sed poti  
rili resti  
tial librati  
vindicar  
pter insc  
runt, ac p  
ciderunt  
mo ne c  
fauro in  
197, N  
Nam ver  
tur id qu  
conueni  
est, in q  
intermis  
AD  
P Ag.  
bus, S  
Steph in  
dauris  
dem, sed  
distinc  
cum sub  
vocab  
antiq  
rius ad  
ratione le  
individ  
dauris  
hoc, vt a  
G. G. r. d  
guitur. \*  
ipsa post

che. Vbi nunc illa tua in tractandis veterum monumentis religio? vbi timiditas? Sat tibi sit; Aristarcho nouo, censuram in quosuis interpretes usurpare: cuius tamen ius an tibi, qui te pro arbitro & iudice nulla munitum agnoscent auctoritate idonea, semper concessuri sint, equidem dubito. Ad magnos saltim illos antiquitatis venerandæ scriptores ne progreditor. Non mirum profecto, quia in quicunque inter Xenophontem & te simultatem obortam, propter quam in illis tuis bellis & aulicis ad editionem secundam prolegomenis, cum eo tibi redeundum in gratiam scribis. An scilicet ille non agere ferat, abs te per irrationem dici; cauendum ei, ne irrideatur a Luciano? at quali viro, si cum Xenophonte conferatur? non proditum abs te indignetur; animaduertisse te in Xenophonte, quæ tali sint indigna scriptore, nimis in illo, cuius ore Musæ loquutæ perhibentur? Non Aristarchum te nouum expungere de monumentis suis moleste ferat, quæ præfatus Aristarchus ille censuris suis adtingere non ausus esset? Hæc si tecum expendes, habere te cauas videbis; ob quæ non per iocum quemdam aulicum, sed plane serio cum Xenophonte in gratiam redeas; ac ὥρφονέτερόν πως in eo te geras auctore, qui vigiliis ceteroquin tuis multum debet, nec ornamenti parum, ut ingratitudini ex instituto Persarum infestus, vicissim tibi conciliauit. Equidem in huiusmodi audacia heminem imitabor, sed potius enitar, ut etiam Xenophonti ea pro virili restituam; quæ temporum iniuriis, & inservit librariorum amisit: ut suis locis deinceps ei me vindicare parebit, quæ ob cauas indicatas, & propter insolentiam, de libris eius exturbata, perierunt, ac possessionis antiquæ iure immerenter exciderunt; licet nusquam in lexicis nostrorum, immo ne quidem in illo παλαιῷ H. Stephanii thesauro inueniantur.

197. D. Pro μανύφαι legit Philephus αὐτοῖς. Nam verbo perficiendi usus est in versione. Videatur id quidem cum oratione sequenti non male conuenire, \* sed libri Camerariani lectio melior est, in quo pro μανύφαι scriptum μὴ αἴσθοι, non inermitterent exercitationes.

#### AD LIBRVM VIII DE INSTITUTIONE CYRI.

PAG. 204, B. Sic legitur in libris editis omnibus, ἐπείνυνει εἰντὸν οὐκονιῶντα εἰ τέτω διχόνῳ. επὶ θερμονέτερον λι. καὶ τὸ παρεῖνον. Heic primum H. Stephanus & Brodæus alia relinquunt, solum εὐδαιμονέτερον mutant in εὐδαιμονέτερος. Recte id quidem, sed eleganter lectum iri locum arbitror, si distinctio plena post χόνῳ tollatur, & in eius locum substituatur comma, mutato επὶ δὲ in επείδη vocem unam, quo in generè frequenter in libris antiquis peccari animaduerti, & exemplum superius ad pag. 122, A. notatum reperitur. Hac igitur ratione locus integer legetur: Καὶ τὸς θεοὺ μάδην ἐπείνυνει εἰντὸν οὐκονιῶντα εἰ τέτω περ χόνῳ, επὶ δὲ εὐδαιμονέτερον λι. καὶ τὸν cum ceteris. H. Stephanus hoc, ut a me fuerat emendatum, in textum recepit.

214. B. Pro καρποῖς ἡ πόλις ἐφιστημοῖς. Nam ea vox paullo post sequitur. \* [Henr. Stephanus, a me monitus, hæc ipsa posterioris editionis margini adscripta.] At-

A que ut hoc etiam addam, καίσας Hesychius interpretatur ἀμφιπότας καὶ πλάνα, quod idcirco adiicio, quia καὶ Philephus interpretatu amictus.

κάστρη, τά-  
petes vil-  
losi.

\* Hæc editione priori. Nunc addo, posteriori Xenophontis loco, quo πάδε δύω καὶ dixit, Camerarium ἄμικλα, Iulium Gabrielium simpli- citer vestes interpretatum. Ego felicita Hesychij auctoritate, ad Iulij Pollucis sententiam nunc potius accedo; qui καὶ esse scripsit παπικὸν χτῶνα, tunica equestrē. Itaq; Xenophonti καίσας significare lio signifi-  
cato. saga militum equestria, non dubito; eaq; de causa iam sic interpretatus sum. Saga etiam ab hoc saga. καίσας deriuari per μετάθεσιν quādam, existimare quis possit. Casacas Galli & Hispani vocant, Italis Casaca. casachi sunt, & casachini, (casaki & casakini ab i- Casachi. psis pronuntiantur) posteriore παποκέστηντες sic ef- Casachi. ffecto: quæ nomina videntur ab hoc Græco καίσας manasse. Quod autem putant aliqui discrimen in ter παπικὸν χτῶνα, & εἰπιπέδον esse; tantum certe non est, ut huic meæ sententia de sagis militaribus officere possit. Etenim accipimus παπικὸν χτῶνα παπικὸς pro sago simpliciter equestri, hoc est, quo equi- χτῶν, επιπέδον vero, εφιστημοῖς. paullo restrictius, de illo, cuius usus in equo est.

Ibidem, D. An δηρκόπις cum διερποῖται, quod sequitur, eiusdem sit originis, dispiendium arbitrari.

\* Mihi quidem sequens hoc verbum διερποῖσθαι, occa-  
sione præbuit; ut margini δηρκόπις adscriberem.

Ibid. E. Rectior est non nihil ad marginem a me notata lectio, πολὺ δὲ (cum intermediis) μῆ- λον, quam altera πολὺ μᾶλλον. \* Sed aptior adhuc Budensis hæc libri, πολὺ δὲ (cum interiectis) μᾶλλον. unde H. Stephanus eam in contextum editione secunda transtulit.

215. C. Hactenus in omnibus editionibus legebatur ράβδῳ ποὺς ιματίος καταπλακμένοι, [\* etiam in H. Stephanii priore] diuiso ράβδῳ voce απὸ ιματίος. Verum ex Philephi versione colligi debuerat, legendum esse ράβδων: quod sane quid sit, licet apud Pollucem, Hesychium, ceteros quæras.

\* 216. C. Quæ verba nostris in editionibus exstant ᾧς οὐ θέρον κατεῖς ἀπό, ἀφ' προς αὐτῷ ιστήκουτε, περιπλαστον ὁ Κύρος, καὶ ιστόν, & cetera; sic in libro suo se reperisse scripta notat Camerarius, οὐ ζύστρος κατεῖς ἀπό, ἀφ' προς αὐτῷ περιπλαστον. καὶ οὐ Κύρος ιστόν ἀπόδεικε, cum reliquis. Probat hanc ipse scripturam, & ego non improbatam expressi. Non enim est vero simile, Cyrum ad istum cum suo curru adiectum fuisse. Verbum autem ιστήκουτε, quum scholiō esset, adscriptum verbo περιπλαστον, quo significaretur, illum adequitando paruisse, in tex- tum ab imperito calligrapho relatum.

\* 217. A. pro καν. μών, quod tamen ut vitiosum reiici nequit, si commodior est scriptura libri Budensis hæc, καν. καμμών, iuxta Camerarium: forsan etiam versu post hunc quinto pro καταμών, reponendum sit καμμών. Rursum quod sequitur προγενέλλων πεπαγμένον ἀθέτη οὐ Κύρον, docet Camerarius in libro suo ita scriptum, προγενέλλων πεπαγμένον ποτίος fortasse προγενέλλων ποτίον οὐ Κύρον. Ego visitata retinui, & verti. Arbitror autem illud πεπαγμένον οὐ Κύρον esse glossam alicuius recentioris declarantis alterum πεπαγμένον. Solent enim Græci posteriores vti voce Καπνά non solum de καπνά rebus militaribus, verum etiam de mandatis in ge- nere, quæ aliquem ad ordinem spectant.

\* Ibidem, D. pro *μη μεταβολήν οὐτε εἰπεῖς διαρέσεις*, quod perspicue virtiosum est, reponendum *μη μεταβολήν οὐτε εἰπεῖς διαρέσεις*. Non enim hoc Pheraulis, sed illius Sacæ, Pherauli datum, munus erat; cuius ut Sacam non penereret, optabat Pheraules.

\* 217, E. In textu hactenus erat *διατάξις* in margine *διατάξιον*. Putabam initio, verbum hoc *διατάξιον* nouum, & Graciæ recentioris esse. Verum ubi deinde cogitarem de quodam loco libri *V. Ιελώνιον*, sub initium eius libri, in oratione Polydamanis de Iasone Phereo: plane diuersam in sententiam veni, verbumque *διατάξιον* germane Xenophontem esse deprehendi, & in ipsum contextum haud dubie recipiendum, quantumvis aduersatur essent aliqui propterea, quod in nullis lexicis nostrorum reperiatur. Nam indicato loco, p. 581, A. utitur verbo *τάξις* Xenophon, quam ait, *ὅταν τακτίνηται θελατία: & rursus ibidem, littera E. ὅταν τακτίνηται η θελατία*. Item rursus 583, C. *ἐπειδὴ μὲν ἐτάξεις, διτάξεις ιατρικὸν περὶ ὄντας*: vbi vides vrumq; verbum, *τάξις* & *διατάξις*, ita coniungi, vt amborum ad fine significatum, & discri- men, quod inter ea sane non admundum magnum est, percipi facile possit. Significat enim *τάξις*, munus ordinatoris rerum præcipui gerere; ac *παγίδα*; regi & administrari per *τάξιν*, hoc est per imperatorem constituentem omnia, sic adpellatum apud Thessalos, velut ordinatorem rerum, cuius etiam officium Xenophonti *τάξις* est, quem libro V. *Ιελώνιον*, pag. 601, A. ait, *καποκενάρα περὶ τακτίας περιενδιογίας*. Hinc igitur est illud compositum *διατάξιον*, quo significatur, aliquid eximio cum imperio *περὶ τάξιν*, vel imperatoris, aut præfeti suprēmi, constituere ac ordinare. Quum autem minus hoc usitatum esset, interpretatus est aliquis per aliud verbum *διατάξις* ordinare: quod quia scriptoribus librariis notius erat, in contextum, loco alterius insolentioris verbi, receptum fuit. Idem in aliis quoq; plurimis factum, iam sa- pius ostendimus.

\* 223, A. pro *τάχη δῶς*, rectius scriptum in libro Budensi, *τάχη δῶσα*. Non enim erant in potestate Hystraspis illa pocula, sed Gobryæ; cuius hæc ipsa verba sunt.

\* Ibid. D. pro *ἔπιστεις αἱ πράσιστι*, scribdum *ἔπιστεις αἱ πράσιστι*. Frequenter illa vox corrupta reperiatur, quod a Græcis abbreviari soleat, syllaba *ᾳ* super *ἴπι* posita, que facile propterea librarios fugit. His scriptis, idem vidi obseruatū ab H. Stephano.

\* 229, B. Transposita in his *ῃ* particula, *τῷ θεῖς η̄ πράσιστι*, suo loco sic reponenda; *τῷ θεῖς η̄ οὐτραπάνται χώρα πράσιστι*, *η̄ Πράσινον δια- τάξιν πράσιστι*. Iam enim id necessario faciendum videmus. Quod autem versu ab hoc tertio sequitur, *η̄ αφίσαδες η̄ τῷ πράσιστι*, scribendum rectius, vel *αφίσαδε* *η̄ τῷ πράσιστι*, quod priori simillimum, vel *αφίσαδε* *η̄ πράσιστι* *η̄ τῷ πράσιστι*: ut sua verbo *αφίσαδε* constet significatio.

\* 231, A. In his, *πράσιπ* (*cū intermediis*) *τοῖς στρατοῖς*, *οὐα διωτήτις εἰρων ποιῶν παῖς αὐτῆς, πάντα μαθῆτας*: legetur integrum *πράσιπ ποῖς φράτης, οὐα διωτήτις εἰρων ποιῶν παῖς πάντα μαθῆτας*: ut *οὐα διωτήτις*, cum sequenti *μαθῆτας*, coniungatur, & *οὐα* periisse putetur ob si militudinem cum ultimis in *πράσιπ* litteris.

Ibidem, C. pro corruptis istis, *ἔσωστος ἢ παρέμηνες Θρεῖς*, *ῶσερ παρέμηνες οἱ αφίσοι πρόπτημαίνοι*, liber Budensis hanc offert lectionem: *ἔσωστος παρέμηνες θρεῖς*.

A δρα, *ῶσερ παρέμηνες πρόπτημαίνοι*. hoc est, *Sint etiam apud possessiones, quemadmodum apud me vi- ris honoratioribus*; non mala sane, exclusa voce *οἰ* ap̄is: quam tamē si retineamus ex aliis exemplaribus, lolum *ἔδραι* commutabimus in *ἔδραις*, & melius adhuc ita legemas: *ἔσωστος ἢ παρέμηνες θρεῖς*, *ῶσερ παρέμηνες οἱ αφίσοι πρόπτημαίνοι*: *sint apud vos etiam possessionib; quemadmodum apud me, viri præstansissimi pra ceteris honorati*. Sic nimirū & paullo post, 232, A. loquitur Xenophon: *πάντος ἢ οἱ αφίσοι πρόπτημαίνοι* (quibus e verbis illa supe-riora corrigeri licet).

\* Ibidem, E. Non φασι οὐεις a me fedditum, sed φασι οὐεις, quod aptius. Sequenti pag. 233, A. liber Budensis pro *ταύτην τὴν σπασίαν, οὐ ηλίσσεται*, habet *ταύτην τὴν σπασίαν ηλίσσεται, οὐ ηλίσσεται*. Mihi priora retinere libuit. Sed quod altera linea sequitur, *συνειστει λαϊς*, rectius in eodem Budensi, *Συνειστει λαϊς*.

\* 239, C. pro *ἀκριβέας καὶ ακριβεστέας*, habet liber Budensis *ακριβέας καὶ ακριβεστέας*, quæ redditæ expressimus.

C Arbitror autem, hæc posteriora prorsus esse Xenophontea, quum libro 1111 Memorabilium eadem verba sic scripta reperiantur, p. 802, D. *ἀπὸ μηδεμίους* (*περὶ κόσμῳ*) *ἀπειλήν πακέντην, καὶ αγνέστην πα-ρίχων*. Heic *πακέντην* *παλαίστα* profert, illuc *πακέντην* *παλαίσταν*, quæ sunt eadem scilicet. Sequenti linea pro *ταῦτα καίνα*, habet idem *παξιούς*: quod vix admittendum, quum Cicero quoque hunc locum interpretans pulchritudinem, adgnoscat à Xenophonte scriptam, non celeritatem. Sed vnius adhuc pene oblitus eram. Quod in margine ante *ἀκριβέας* legitur verbum *συκραπόντιν* e libro Budensi, pro nostrorum *συκραπόντιν*; equidem scholion esse arbitror, idque vel eo confidentius, quod *συκραπόντιν* Xenophontem esse pareat ex indicato nunc Memorabilium libri 1111 loco, pag. præcedenti 802, D. de verbis his, *καὶ οὐτε η̄ οὐλαν κόσμον συκραπόντιν πὰ καὶ συκραπόντιν*: sicut heic, *οὐ καὶ περὶ η̄ οὐλαν πλεύτε παξιούς συκραπόντιν*, scribitur. Id vero quispiam per *συκραπόντιν* est interpretatus. Nec apud me Gazæ, qui *συκραπόντιν* posuit, plus valet auctoritas; quam ipsius Xenophontis. Lubet enim hoc addere, quod his exaratis, H. Stephani annotationes inspiciens, Gazam pro hac lectione citatum reperi.

Gazæ in-  
terpretatio  
Catonis  
maioris Cō-  
ceronianis

#### AD LIBRVM I DE CY- RI EXPEDITIONE

\* P Ag. 244, D. Loco illius, *αἱ πράσιστιν οὐτε τῷ πράσιστιν*, arbitror rectius nos scripturos, *αἱ πράσιστιν οὐτε τῷ πράσιστιν* (cum interiectis) *τῷ πράσιστιν*, tamquam superior aduersariis futurus, si a Cyro petita impetrasset: Hoc animaduerti, dum libros hosce cum illustriss. Barone Karolo Zerotinate rursus percurrerem.

246, D. *πλειστά χειρῶν* verti strigilem auream, motus ea ratione, quod strigil ad militiam pertinet. Alioqui vocem *πλειστά* & *πλειστά* etiam constat significare *πλειστά* siue ridiculam, siue spathulam, ut medici loquuntur, qua in gymnasio promi o- leum et lecythis ad inungēda corpora solebat. Hoc ideo locum videri possit habere, quod heic gym- nasijs mentio fiat.

247, B. pro *οὐα περιεργασίας αὐτῶν*, scribendum *αὐτῶν*, ut referatur ad vocem *πλειστά* præcedentem.

\* 248, E. Punctis indicatu, abesse φυγόντες: quo in hunc modum adiecto, *τῷ πλειστάντες* (*cum interiectis*) *τοῖς χειρῶν* *ἐχερόντες* *οὐα παρέμηνες*, locus in- tege

teger  
lud  
iisse  
tudine  
\* 25  
dum n  
cta ēn  
quadr.  
\* 26  
repeti  
imperi  
spatio l  
est, nec  
vero fu  
ne ver  
262  
punctis  
Quippe  
mulus.  
patum  
collatio  
dum 30  
tentia:  
sultis pr  
loco lib  
Cyrinon  
ratione.  
\* 26  
lus addit  
bis reddi  
quidem  
fuisse Cy  
a Plutar  
Hoc eni  
partis ac  
\* Ibid  
iā οὐκε  
gente ad  
terat loc  
265, l  
πλειστ  
cum cert  
\* 271  
lam xai p  
debet ell  
Ibid. I  
ba, οὐ ν  
existimo  
& que se  
quam sch  
cienda. S  
stitutione  
men nec  
in dīcēt,  
idem est.  
Ibiden  
quam τε  
ni posteri  
priore.

AD  
P Ag.  
bendum

teger est, ut cuius perspicuum. Et videri potest illud φυγόντες inter ista duo, οὐχὶ δὲ τοῖς, facilius perisse; quod cum utriusque litteris aliquam similitudinem habeat.

\* 259, D. pro μεταμελητάς σοι ἔφηδα, vel scribendum necessario μεταμελητάς σοι ἔφηδα, vel adiecta ὁπ, sic locus explendus, ὁπ μεταμελητάς σοι ἔφηδα.

\* 260, C. Verbum οὐ possum ante τοὺς ἑθέλοντας, repeti post εἰθέλοντας debere videntur; omisum ab imperitis calligraphis propterea, quod tam exiguo spatio bis legeretur. Omnino quidem hoc rectum est, τοὺς εἰθέλοντας οὐ φίλας, τέτοις εὐ ποιῶν. Duriusculum vero fuerit, pro εἰθέλοντας, reponere velle εἰθέλοντας, ne verbo οὐ sit opus.

262, E. Hunc locum, ubi legitur περὶ προν ποσθέντος, priori editione non recte interpretatus sum. Quippe verti ποσθέντος, interrogatus; sicut & Romulus. Verum deinceps intuenti diligentius aliud visum. Nam πως προν ποσθέντος nunquam παρηπως usurpatum memini. Quapropter huic loco ex illius collatione, qui est p. 359, E, opem fero, & legendum θύμενος pro ποσθέντος aio, cum huiusmodi sententia: *Quod Cyro die ante eū diem undecimo, consultis prius extis, dixisset.* \* Etenim ita & indicato loco libri V αἰδεσσώς loquitur, θύμενος κύρω, extra Cyri nomine consulens, & quidē in eiusdem rei narratione.

\* 263, D. Notauit quiddam abesse, quia Romulus addit, *In principiis*; quod e Xenophontis verbis redditum vix arbitror, sed ex coniectura. Re D quidem vera esse aliquid non dubito, nimirum fuisse Cyrum in medio, quod arbitror alicubi vel a Plutarcho, vel aliis traditum; vt desit, καὶ ποτέ. Hoc enim tertium restat, quum dextra lēuæque partis aciei mentio facta sit.

\* Ibidem, E. pro χόνῳ δὲ συχθ̄ scribendum χόνῳ δὲ συχθ̄, tempore non magno. Quippe iam vergente ad vesperam die, magnum tempus haud poterat locum habere.

265, D. Sic locum hunc distingue, εὖτε ποὺς ἀντεπαγμένοις ἐμπεριεῖν, ἐπέκαιρην αὐτὸν εἰς κύκλωσιν. ἐνθα δῆ, cum cert.

\* 271, A. ante μάχουμενος σιωή, necessario copulam καὶ ponendam certum est, si quidem integra debet esse oratio.

Ibid. B. Hic tibi significare cupimus, hæc verba, δὲ πάλης, in parma, vel cetræ, esse corrupta. Nā existimo debere legi δὲ πάλην, in tragula vel hastæ, & quæ sequuntur, nimirum δὲ ξύλον, in ligno, tamquam scholion esse delenda, vel in marginem reiicienda. Supra quidem certe, initio libri V 11 de institutione Cyri, fit eiusdem ligni mentio: vbi tamen nec δὲ πάλης, nec δὲ ξύλον scriptum est; sed εἰτὶ δὲ εξελ., in hastæ, quod cum πάλην vel tragula fere idem est.

Ibidem, C. Rectius arbitror legi περιπλακέναι, quam περιπλακέναι. Idem & H. Stephanus margini posterioris editionis adposuit, a me notatum priore.

#### AD LIBRVM II DE CYRI EXPEDITIONE.

\* P Ag. 274, A. pro καὶ τοῖς οὐ μετέπερν ἀγαθῶν μαχούμενοι, etiā de bonis nostris pugnabimus; scribendum plane, καὶ τοῖς οὐ μετέπερν ἀγαθῶν, de bonis

A etiam vestris. Nā præter arma nihil erat reliquum Græcis, ut Xenophon ipse Phalino dixerat, παύσαντας τὸν πόλεμον, quæ sola nobis reliqua sunt bona. Cum his ait Græcos etiam de Persarum bonis dimicatores, hoc est, de ipso Persarum imperio; quod paullo ante Græcos Ariæo legimus obtulisse, si arma secum vellet coniungere.

\* Ibidem, D. pro φαλίνος ἢ παύσεις, Phalinus autem reuersus, videtur plenus scripsisse Xenophon, φαλίνος ἢ μεταστάσεις καὶ παύσεις, Phalinus secessit & reuersus est: vt infra, 280, C. μεταστάσεις ἢ επινεις εἰθελεύοντο, secesserunt Græci consultandi causa. Si tamen ita non scripsit, saltim hoc modo suppleanda sunt eius verba. quod equidem feci.

\* 277, E. Sane non video, quid illud sit, quod de asino in exercitum immisso dicitur, his verbis: δὲ αὐτὸν τὸν εἶναι ποτακαλεμίναν, qui indica-rit, a quo fuerit immisus in exercitum asinus. Itaque si coniecturis ut licet, τὸ φέλον substituam pro τὸν εἶναι, οὐτος, προ

C τομένον, qui auctorem immisso exercitui terroris in- dicari. Et vox hec φέλος non solū bis a Xenophonte iam antea, versu ab hoc quinto & sexto ponitur, φέλος εἰπτήσι, & rursum φέλε εἰπτόντος: sed etiam post hæc, versu tertio repetitur, οὐ πεντε οφέλος εῖναι. Quo fit, vt non dubitem, mēam hanc emenda- tionem plane admittendam; & vt illic metus e castris auctoritate ducum expulsus fuit, sic asinum hoc loco me auctore de libris Xenophontis abi- gendum esse.

\* 279, B. In his verbis, καὶ εἴ τις αὐτῷ δοκοῖ τὸ περὶ περιγέμενον βλασφέμην, ἐπειργόμενος τὸν πόλεμον, ἐπαγόντις αὐτὸν, ultima illa esse vitiata, ἐπαγόντις αὐτὸν, nō est dubium. Editione priori verbo cædendi usus sum, multandi Romulus, nimirum verberibus. Vtrumque decepit vox præcedēs βακτηία, quam Romulus virgam reddidit, ego baculum, & sequens verbum ἐπαγόντις; quasi baculi mentio, cum παῖσι coniuncta, verbera nobis extorqueret. Sed dicam paucis, quo modo nunc restituam. Aio pro ἐπαγόντις αὐτὸν, scriben- dum ἐπαγόντις αὐτὸν, videlicet τὸ δοκοῦντα βλασφέμην. Si quis ei videretur ignavius se gerere, mox idoneum eligens, illum alterum remouebat, aut cessare iubebat. Ita Xenophonti verbum suum, quo usus era, restitutū videmus; & vocabulo βακτηία sen- sum alium, quem superius adtigi; nimirum quod εἰσα- eo Clearchus sit usus, vt sceptro, signo magistratος πρætorij, quo fungebatur. Vulgo quidem eiusmo- di baculum in re castrensi regimentum adpellare solemus, Turcis est aga siue baculus, Italì il stecco dicitur, voce originem Germanicam redolente, Aga. il stecco. ac idem profrus utraque lingua significante, quod βακτηία. Henr. Stephanus hoc loco explicare se non potuit.

\* 284, D. Vsiatam lectionem, αὐτοῖς τοῖς ἑλλησι, sequutus est Romulus, qui reddidit, Ipsiſ Gracis. Ego priori editione, quum diceré, Ipsiſ etiam hosti- bus, alia sequutus sum lectionem, αὐτοῖς τοῖς ἑλλησι: Ea non esse reiicienda temere videntur. Quid enim opus erat ipsiſ Gracis ingentes videri copias? Ho- G sti Clearchus arte quadā imperatoria magnas exhibere studebat, idque consequutum narrat au- tor. Alteram tamen non minus licet defendere.

\* 291, A. Lego οὐτε φασίστως ιέναι, non οὐτε φασίστως, quemadmodum habet editiones alias; nec οὐτε φασίστως, quod est in H. Stephanī & Floren- tino exemplari.

AD LIBRVM III DE CY-  
RI EXPEDITIONE.

**P**Ag. 293, D. Notas punctorum adposui, quod ex istimem in his, *οὐδὲν αὐτὸν κατακαιρούντας*, deesse φέγγοντα. Nam ita Romulus etiam vertit, & sensus loci postulat. Poterant interficere hostes in acie, verum a pugna propter equitum penuriam persequi neminem poterant. \* Haec tenus editione priori notata, nec male quidem. Sic enim & supra, libro 111 de institutione Cyri, p. 99, D.

*ποιεῖ δὲ εἰ τοποῦ ὅντες διωρίθματα αἱ φεγγόντας οὐ λαβεῖν, οὐ κατακαιρούντας*, vides φεγγόντας κατακαιρούντας dico, quod verbum insolentius heic quoque reperitur: ut omnino φεγγόντα κατακαιρούντας scribendum sit. Nam stantes, vti dictum, aduersarios in acie quin egregie Græci occidere possent, nullum erat dubium; fugientes vero non itidem, ob penuriam equitatus.

\* 302, A. Notabilis heic se locus offert, de quo perspicitur, quam exigua vel vnius syllabæ varia-

tiones plurium verborum sensus vitetur. Sic legitur haec tenus in editis omnibus, *εἰ οἱ Κύρειοι προσέρχονται οὐκέπιντο μάνοι, νῦν ἀφεσθήσονται*. Id editione priori ego sic verti, sequutus scripturam corruptam:

*Quod quibus propriæ conueniebat hac nobiscum in acie stare, iam defecerint.* Durum hoc recensenti nunc vixum. Itaque circumspecti de virtute latente, sic vnicam oculam mutandam comprehendisti; vt

*Κυρῆσι, προκύρεοι, scribatur. quo sit, ut perspicua iam verba sint, εἰ οἱ Κυρῆσι προσέρχονται οὐκέπιντο μάνοι, νῦν ἀφεσθήσονται: quod Cyriani, prius a partibus nostris*

*stantes, iam defecerint.* Kypēsi namq; Cyriani sunt,

hoc est, Cyriarum partium Perse, Ariæus, & aliij;

sicut & supra dixit libro præcedenti, p. 269, E.

*π. Κυρῆσι προστηνεῖν, castra Cyriana.* Item libro viii,

398, E. *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν.* Item libro 111 ε-

-λικού, 487, B. *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν.*

\* 303, B. pro *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν*, scribendum rectius, *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν*.

\* 304, A. Quum dico, *κρατουμένων διὰ πάντα τὰ διάτοιχα*, non aliud ex meis hisce verbis intelligitur;

quam res alienas omnes illorum esse, qui vici sunt. Hoc falso dici, nemo nō perspicit. Ergo scri-

bendum erat, *κρατουμένων πάντα τὰ διάτοιχα, cedunt aliena vicitoribus omnia*.

Sed locum illud heic ne-

quit habere, quum ostendat primum militibus

Xenophon, quid eis vicitis, (hi sunt κρατέμανοι) fu-

turum sit: deinde subiiciat, quid futurum victo-

ribus, quum ait, *λιγότεροι κρατῶσιν*. Ergo delendus arti-

culus τὰ post πάντα, qui ex ultima syllaba dicti πάντα

geminatus irrepsit, & ita scribendum rectius, *κρα-*

*τουμένων μὲν διάτοιχα, απότοιχα, scilicet διάτοιχα*.

hoc est, *Nostis eorum, qui vincuntur, fortunas omnes, esse alienas*; id est, ad alios transire. Pusillum hoc quiddam, at momenti non exigui.

Ibidem, C. pro *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν*, rectius erit *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν*.

Item secundo post hunc versu, *κοινὴ συμ-*

*τητεῖς διέρησα, communis salutis egemus*, rectius scri-

betur, *κοινὴ συμτετεῖς διέρησα, communis salutis egemus*.

Sic & Romulus legit, qui pariter interpretatur: & infra similiter scriptum videmus p. 336, D.

*κοινὴ εἴσουλεύοντο, communis consultabant*.

\* 307, B. In his verbis, *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν*, aliquid mendi harret. Si marginis lectionem recipias, *οὐκέπιντο Κυρῆσι προστηνεῖν*, videmus εὐθὺ superfluum. Id vero ne temere reniciamus, transpo-

A *οὐκέπιντο, (χωρίων ex superioribus repetitur) οὐδὲν τι μάχεται*, cum ceteris, recte iam cohærentibus.

Ibid. D. Quid propriæ solæ sint, ingenuæ me solades. fateor ignorare: ac propterea vocem Græcam retenui. Hęc notis primis addamus his aliquid.\* Suidas ait, armaturæ solæ quoddam genus esse; nec quale sit, explicat. Superius in *VITÆ CYRÆ* legitur *χτῶν σολιδῶν*. Hanc ego tunicam pallæ, plicas habenti, similem reddidi. Fortassis hinc vtrumque *σολιδός* colligi potest, quid solades sint; præsertim si liceat (& licere nonnumquam puto) mutationem exiguam adhibere, scribendo solades: nimirum v. tu-

*nicæ rugosæ striatae intelligentur, qualibus equitum Brunfucensium famuli puerique milites apud nos videntur. Si cui vero non placet hęc scriptura, per me licet Suidæ more generaliter accipiat vocem solades, pro indumento militari: quemadmodum ipse deinceps libro sequenti, p. 318, B. feci.*

C 308, D. *πάντος αὐτοῦ redditur significatione per-* uulgata, quamquam non ignorem quid in colu-

*mnis πάντος* sit, de quo Viétruum cōsulat in 111,

qui volet.

D 309, A. Retinui vocem Græcam, lapide conchylato, certa de causa. *κορχνίας* autem, *πάντος σολιδοῦ*, *πόσις*, *ἐχοντες κορχνίας πόσις*: lapis est durus, conchylæ figuræ in se continens. De quo patet, minus recte vertisse Romulum, cuius hęc verba sunt: *Murus crepidine nitebatur lapidea, excisis in muri-* cum modū *lapidibus*. Nam figuræ illas nativas esse intelleximus, non operæ factas humano. Pollux in *VITÆ CYRÆ* Aristophanis, & *κορχνίας* Xenophontis, cepisse pro eodem videntur, & quidem addit, hanc esse *ιδανικήν*.

AD LIBRVM IIII DE CY-  
RI EXPEDITIONE.

\* **P**Ag. 316, B. Pro *εἶδος τῆς σπανάταις*, scriben-

dum omnino *εἶδος τῆς σπανάταις*, constat ex

E præcedentis libri conclusione. Versu autem post

hunc sexto, non *εἶδος τῆς σπανάταις*, legi debet; sed *εἶδος τῆς σπανάταις* *εἶδος τῆς σπανάταις*.

Subintelligitur autem *χωρίων*, ut infra 322, *εἶδος τῆς σπανάταις χωρίων*, oratione plena. Hoc me-

lius illis H. Stephani, καὶ εἴσαντος τῆς σπανάταις.

Nam illud τῆς σπανάταις haud quadrat, quum sit δεκτηκόν, certas qual-

dam denotans angustias, de quibus heic nullum verbum.

\* 319, D. Locus hic corruptus est, ideoque sic eum interpretatus sum, ut mentem auctoris re-

F spicerem. Videtur autem pro *αὐτῷ ἢ συμβουλεύοντον* εἰλη-

*πειραντοντας*, sic legi debere, *αὐτῷ ἢ συμβουλεύοντον* εἰλη-

*πειραντοντας*, οὐ διωντας τέλος. quorum sensum expre-

simus. Nam quod margini legitur adnotatum pro

lectione diuersa, *συμβολῆς* (non *συμβολῆς*), quod in

H. Stephani editione altera corruptum) εἴειν βα-

*πειραντοντας*, scholion vitiatum esse arbitror illorum *συμ-*

*βολῆς εἰληπτοντας*, ita restituendum, *συμβολῆς* εἴειν *εἰληπτοντας*, hoc est, *ad coniungendum se pergerent adscendendo*. Quæ quidem illum ipsum reddunt

G sensum quem ego indicaui. Quod sequitur, *ταῦτα* *αὐτῷ συμβολῶντας*, οὐ μὲν εἰπειν τὸ, scriptum haec tenus in mar-

gine, nos in textum recepimus, quum respon-

deat, illis præcedentibus, καὶ συντίθεται οὐ μὲν τὸ.

Quod autem in textu erat, *ταῦτα συμβολῶντας*, ve-

lut scholion illius *ταῦτα αὐτῷ συμβολῶντας*, ad marginem re-

ieci. Nam Græce non imperiti vident, quid in hoc

ταῦτα

*Τοῦτο συμβαίνοντι ἔτιμον ὑπάρχει.*

*Ἄμφοδος.* \* 320, E. pro *καταλιπόντες ἄμφοδον τῆς πολεμίου,* ἄφεσθαι. scribo *καταλιπόντες ἄφοδον τῆς πολεμίου, εξιτιν, ab-* scēsum. Idem vocabulum & infra corrigo, 346, D. *πρὸς ἄμφοδας χαλεπήν,* scribens, *ἢ ἄφοδος χαλεπήν, ab-* scēsus difficultis. Paullo post ibidem, 348, A. recte scriptum *παρεπενεῖται ἄφοδον.* Lexicographi quidem illi, qui de locis his Xenophontis nouum *ἄμφοδος* vocabulum libris suis inseruerunt alia, quam abscessus, significatione; licet id modo delectant, locis hisce nunc emendatis, aut aliunde probent.

321, A. legit pro *ἄπι;* Amasæus εὐγένης, qui verterit, *sine villa cunctatione.*

Ibidem B. Sequutus sum istam lectionem, *τὸν περὶ περὶ περὶ καταληφθεῖσι φυλακῆς,* quæ in libris editis est; quum in aliis *καταληφθεῖσι* inueniatur, parum probanda.

\* 322, D. Quod heic dico, *Pedem sinistrum applicantes;* non est usitatæ lectionis interpretatio, *τῷ δριστῷ ποδὶ περιβαίνουσι,* in quibus hoc ultimum virtuosum est; sed horum, *τῷ δριστῷ ποδὶ περιποδιζούσι.* Sic enim scribi debet. Quod versu post hunc tertio sequitur, *ἔχοντο δὲ αὐτοὺς* (scilicet sagittis Carduchorum duos cubitos longis) *οἱ ἐμπλεῖσι οἰκονομοὶ ἀνακυλῶντες,* sic verbum antehac fuit: *Eas Graci si consequunti essent, ad iacula religatis uterantur.* Nunc vero primum *ἀνακυλοίς* sic positum dico, ac si scriptum esset *ως ανακυλοίς*; deinde sic interpretor: *Illas* (sagittas duobus cubitis longiores) *si Greci nāntī essent, amentabant;* *εἰς τὰ* *quām iaculis uterantur.* Notum vero *ἀνακύλων* esse amentum, amentum hastæ, hoc est, *ἀμμαλῆς,* ut vetus glossarium interpretatur: ideoque *ἀνακυλῶντες* reddo peramentandi verbum vetus, quod amento addito, fiant hastæ amentatae.

322, B. Deest post *ἰεῖν* in quibusdam libris vox *κράτης,* & apud alios *κράτης* scribitur. Romulus addidit, *p/en/iimi*, scilicet *κρατητες:* qua lectione frētus, ignoro. Ceterū hoc nomine Polybiū quaque *τῷ ποδὶ* adpellasse, quæ ceruisia vulgo est, teitatur libro primo Athenaeus.

323, A. In his verbis, *ἴστις οὐσίαν,* quinam intelligantur per illud *ἴστις* vocabulum, id est similiū, aut parium potius, videor ex libro Xenophontis nostrī de republica Lacedæmoniorum intelligere: nimirum qui legibus & institutis Lycurgia primis annis vii, ita deinde ad rem publicā accedunt. Persarum quidem *ἴσιοι ποιοι,* & Lacedæmoniorum *ἴσιοι ποιοι*, possunt inter se comparari. *ἴσιοι ποιοι* autem pares heic interpretor. Nam sic & infra, libro 111 *ἰεῖν*, pag. 498, E. quum Xenophon ait, *ὄντες παρόποιοι τῷ δριστῷ,* aliter reddere non licet, quam *numero pares.*

323, B. Existimo pro *κατέπιποντες τὴν ὄποις,* scribendum, *κατέπιποντες τὴν ὄποις,* sicut & paullo ante loquutus est, & non multo post, *λατεραμένες τὴν ὄποις.*

Ibidem, D. Legitur in libris nostris *οἰτάμος,* apud Romulum Teius, quod Graciis est *οἶτας.*

326, C. Quo referatur *λατεραμένος*, scire nequeo; nisi si ad *χωεῖσσαν*, quod præcessit, recurrere velis. Tum vero legendum erit *λατεραμένος.*

328, C. pro *ἄχοντος ἐπὶ τῷ οἴχυοι* Hen. Stephanus ex ingenio putat reponendum *ἐλοχῶντος.* Dicit enim, se non dubitare, quin alio verbo, quam *ἄχοντος*, Xenophon heic vñs sit. \* Mihi vero priori editione longius ab *ἄχοντος* illud *ἐλοχῶντος* recedere,

A litteris etiam aliquibus autem videbatur, & videtur adhuc. ideoque non nihil vacillans cogitabam de propiori verbo *ἄχοντος*, quod ipsum quoque vt tunc mihi non satisfaciebat, ita modo non probatur. Non enim facile mutandum aliquid, ubi lectio vetus retineri potest. Et video verbum *ἄχοντος* non tantum hoc loco posse, verum etiam debere retineri; modo dextre accipiatur, & ita reddatur, vt ipsius loci ratio postulat. Non enim dumtaxat *οἰχεῖσσαν* significationem abeundi & discedendi habet, vt ex H. Stephani opinione necesse sit tantum *οἰχεῖσσαν τὸν θεόν,* vel *οἰχεῖσσαν εἰς τὸ οἰχεῖσσαν* dici: sed etiam in loco dicti de aliquo potest, *ἄχοντος*, euanuit, vt de mortuis etiā hoc verbo Graeci utrebantur. Sic de Lacedæmoniis in oratione Thrasybuli, 11 *ἐπιλεγόντων*, 479, A. *ὑμᾶς παρεδόντες τῷ Δημοσίῳ οἰχεῖσσαν.* Vobis huic populo traditis, inde discedentes nūquād adparent. Ita scilicet heic etiam vñs est Xenophon, quum ait, *ἄχοντος ἐπὶ τῷ οἴχυοι, in illis natura munitis locis elabebantur.* Et occulta quædam *ἔμψις* itideps concurredit, quasi scripsisset: *ἄχοντος ἐπὶ τῷ οἴχυοι οἴχυοι οἴχυοι.* Nihil hoc iā planius, nec habebit Stephanus, quod contradicat, ni contentiosus esse pergar. Letis autem hoc loco mendi pene oblitus erā, quod ver su ab hoc sexto superiorius in his hæret: *καὶ οὐτισμοὶ εἰς τὰς κεραλαῖς εἰχοντες τὰς κεφαλαῖς εἰπερένοντα.* Ferti nequit *οἰχεῖσσαν*, toties in Xenophontis libris corruptum. Per est ei simile *ἄπι*, sed mihi tamen *εἰς* magis probatur, cum exigua transpositione sequentium, hoc modo: *καὶ οἰχεῖσσαντες τοῦ ἔχοντος τὰς κεφαλαῖς εἰπερένοντα.*

\* 328, D. In his, *οἱ Κάτιντος τῷ χωραῖς οἱ αρχῶν,* si tollatur *οἱ,* commodior erit hæc scriptura: *Κάτιντος τῷ χωραῖς οἱ αρχῶν τοῖς εἰληπτοῖς ἡγεμόνες τὰ πότερα.* Ibidem, E. in his, *εἰς οὐν, τεραῖσις εἰς τηνέλετον καὶ ηρόμενος, εἴπι οἱ οἰκεῖσσαν,* cum ceteris, unico *ἴπι* ἐi in aptius *ἐπαδί* mutato, quod mendum sapient in libris Xenophontis, vt superiorius ad pag. 122, A. ostensum, occurrit; & distinctione meliori adhibita, locus egregie restitutus erit, hoc modo: *εἰς οὐν, τεραῖσις εἰς τηνέλετον καὶ ηρόμενος, εἴπι οἱ οἰκεῖσσαν,* &c. Scriptura quidem prior occasionem mihi præbuit, vt in epte redderem: *Ιδοὺ οἱ πρασταρετ, μορτεμ σε περισσουρούμ αἰεβατ, εἰς ιτινερις δυσεμ.* Hostile solum quum ingressus esset, cum reliquis. At nullus, præter ipsum, tunc itineris dux erat. Itaque illa posteriora rectius quadrant: *Ιδοὺ οἱ πρασταρετ, μορτεμ σε περισσουρούμ αἰεβατ. Σιμούς οἱ πρασταρετ, μορτεμ σε περισσουρούμ αἰεβατ.* Simul eos precedens, quum hostile solum ingressus esset, &c.

\* 329, A. Articulus in his, *καὶ οἱ οἰταμένοι τῷ καυμένῳ χωραῖς,* potius ita collocabitur, *καὶ οἴταμένοι* (scilicet *οἴταμένοι*) *οἱ οἴταμένοι χωραῖς.* Exile quiddam, sed non absque momento.

\* Ibidem, B. pro *ἴστον δρόμον*, reponendum *ἴστον δρόμων* dixerim; nisi quis velut *αἴτιον* probare velit. Sed infra, p. 347, B. scripsit, *ἴστον δρόμων οἴταμένοι*, de quo iam perspicuum, alterum illud Atticum non videri, eo quidem significato, quo heic ponitur.

341, D. Si marginis lectionem sequaris, hic erit sensus: *Hostes, quum eos in se cursu ferri viderent,* partim versus dextrum, partim sinistrum latus dispersi sunt, aciemque medianam, cum reliquis.

342, D. Sequutus sum lectionem in marginis superiorum editionum, & quidem in contextum relatam; quum altera manca sit, ac voti Græcorum, antea concepti, mentionem expresse nullam faciat; cuius & initium libri sequentis meminit in verbis a me receptis in textum, quæ ipsa quoque

non in libris omnibus reperiuntur. Ut autem hæc ab aliis dignosci possint, visitatis illis<sup>\*</sup>] notis inclusi. πλέον tamen in his, ἡλιον πλέον βόες, mutandum in πλέονται aio, vel in πλέον, respiciendo ad præmissum illud ξένια, hoc modo; ξένια ἡλιον πλέον, βόες, quod quidem proximum scripturæ priori.

343, A. Heic quoque marginis illa lectio, quam H. Stephano debemus, πάλιν δ, καὶ πύριν, καὶ πα-κράπον ἐπεροι. (scilicet ἡγούμων, ex superioribus) καὶ καλή θέα εἰσῆγετο: plenior est, ac potior altera.

AD LIBRVM V DE CY-  
RI EXPEDITIONE.

P Ag. 344, A. Pro καὶ ἀλος ταῦτα, malo scribere καὶ πάλιος ταῦτα, sensu magis idoneo.

345, B. pro βουλεύεται, non dubitanter reponendum adfirmo βέλεσθαι.

\* Ibidem, E. Pro οἰνῶν in his, οἱ κόλχοι σπεῖραι πεπλόποι εἰς οἰνῶν, scribendum εἰς οἴνων. Notum dicendi genus, εἰς πάτην εἰς οἴνων, suis rebus ac facultatibus excidere, suis expelli, amittere sua. Sequitur est eamdem scripturam & Amasæus.

348, C. Deprauatam sequutus lectionem Romulus, ita vertit: Qui quidem eo irruperunt, οἵσι οὐνίσι οὐνίσι οὐνίσι οὐνίσι. Multo rectius H. Stephanus reportat, οἵσι οὐνίσι (scilicet οἰνά) οὐνίσι, sensu eo, quem expressi.

350, B. Sequutus sum lectionem, quam duobus in exemplaribus inueni, videlicet οἰνίσι, quod in aliis οἰνίσι, corrupte. \* H. Stephanus editione altera de meis usurpauit. Romulum ita legisse non dubium est. Florentina editio vitiosum illud οἰνίσι habet, quod nonnulli sequuntur. Id mihi dubiusculum videtur, præfertim quod inter καπινού-ποιον εἰς Σκιλοωπή, & inter Ταῦδε λαχεδαιμονίων οἰνίσι, copula nulla sit interiecta.

\* Ibidem. Pro εἰς τῷ Σκιλοωπή χωείᾳ, legendum εἰς τῷ Σκιλοωπή χωείᾳ. Perit alterum εἰς, propter geminationem intra spatum exiguum eiusdem vocula.

Ibidem, C. Retinui ηνίς οὐλωούσιν, lectionem videlicet usurpatam. Non nullis placet pro οὐλωούσι legere οὐλωωποῖς, quod nec reiicere, nec probare libert: quum in exemplaribus fide dignis ne cum iata scriptum inuenierim.

351, B. pro πρενονται, malum πρενίστηται.

Ibidem, E. Puto factam quamdam vocum traiectionem, ut hoc modo legatur, ἔτερον αὐτὸν μα-λισκα, ὥστε οἱ χοροι. Nam quod H. Stephanus in margine notauit, vix puto de libris fide dignis promtum fuisse. Nam quis ita loquutum Xenophonem, elegantissimum scriptorem, credat? positis duabus eodem loco vocibus idem significantius, ὥστε & ἔτι, hoc modo: ἔστων ὥστε αὐτὰ ἔται μα-λισκα οἱ χοροι. Sed hæc aliorum iudicis permitto.

352, C. non πρεγίονται, sed potius πρεγίονται legendum, adparat etiam de Romuli versione, qui accedendi verbo usus est;

\* Ibidem, D. pro εἰς τὴν σφαπᾶ, scribendum εἰς τὴν σφαπῖται, facile cuius perspicit.

Kαρνα. 353, E. Καρνα non interpretor heic in glandes, vt alij, sed castaneas. Est enim vox lata significatio, hoc autem loco intelligenda οἵσι καρνών Σι-λιανίκην, νωπηγόν, qua & Ευρωπα vocantur, & sunt καστάνα, in Ponto. quemadmodum ait Mnesitheus Atheniensis εἰς τῷ, Καστίνα, οἵσι εἰδεσθαι. Item paullo post coctarum fit mentio.

A Denique Pollux in primo respiciens ad hunc locum: Καρνα, inquit, πά τε ξενία διαφυλ. εἴη δὲ αὐτὴ τὴν τε λεπιοκαρνα, η μοδην τὴν καστάνα οὐσιαζομένα. φυτοὶ δὲ αὐτὴν Ξενοφάν. πῆδες σεσιπενένοις καρνοῖς έφθοι. Quibus in verbis obiter nota codicis Pollucis mendam in voce διφυλ, quam in διφυλ commutavi, qua fissura significatur. Idem enim valet, quod ξενία, interstitium vel fissura. Hoc addere libuit, quum etiam Romulus eam aliter interpretatur.

B \* Addendum & hoc, post alteram lineam non τέτω καὶ πλεῖστω σίτῳ εἰχρῶν legendum, sed τύπις καὶ πλεῖστος σίτῳ εἰχρῶν εἰφοντες: vt ad τύπις subaudiatur καρνοῖς. Vitij origo in hoc ex abbreviatura, in πλεῖστος σίτῳ amissum εἰς, propter similitudinem cum ultimis & primis litteris in horum utroque. Nimirum ait, eos castaneis coctis cœtu pane, vel panis loco, vt plurimum vesci solitos. Si quis marginis lectionem recipiendam putat, εἰσοντες καὶ αρπαγὴ οἰνῶν, intelligamus ex elisis castaneis panes ab eis fuisse tostos. Videtur hoc tamen potius esse scholiolum quoddam, quo οἰνον vox, alioqui panem Xenophonti significans in multis locis, per αρπαγὴ declaretur, vna cum usus modo, qui exprefsus est in οἰνῶν.

354, D. μετ' δικαιον ιόντες rectius scribitur μετ' οἰνῶν οἴνης: sicut bis paullo ante dixit, εἰ πολλα ξλωσσης, & μονοι τε οἴνης. Neque me quidquam, quod Romuli codex ιόντες habuerit, mouet.

E 357, A. Sequor in conversione lectionem marginis. Nam quod in ipso textu legitur, φίλον ποιεῶν Κορύλαν, καὶ τὸν Παφλαζόνα, haud dubie corruptum est. Articulus enim heic profecto Atticorum more positus est, & certum quemdam indicat. Nullius autem, præter Corylam, facta est antehac mentio, ad quem referri possit. Itaque vel marginis est seruanda lectio, & existimandum Κορύλα irrepsisse in contextum, quum esset scholion, quo significaretur, per τὸν παφλαζόνα intelligi Corylam, sicut & paullo post in altera Hecatonymi oratione: vel legendum, Κορύλας Τέτος Παφλαζόνας, vt supra. Sed commodior est marginis lectio, \* quam & illa, eadem hac pag. littera E. οἵσι τὸ παφλαζόνα φίλον ποιεῶν, confirmant.

F 359, A. Legitur & in Heniti, & in Florentina, & aliis editionibus, οἱ μὲν αἱδρες εἰς ηπειραν πρείαν, τῷ οὐ-μεῖς συμβουλεύεται. Ego vero quum inuenierim etiam libros sententiam meam comprobantes, non dubito particulam εἰς, tamquam superuacaneam tollere. Quod enim Stephanus idem veri debere F hanc in οὐδὲ vel οὐδὲ putat, apud me parum auctoratis metetur.

\* 360, A. In his verbis, οἱ εἰ μὲν οἰκπειροῦσι τῇ σφα-πᾶ μαδὺν, οἵσι εἴχεν τὰ οἰππιδια οἰππιδιοντας, οἱ κανδωεῖν μενας τοπύνται διάματι, nemo non videt abundare vel primo, vel altero loco particulam οἴηται, bis posita. Ego priori expungendam crediderim. nisi quis αἴπικον aliquem in his edoceat.

Ibidem, B. ποιεῖ ημῖν πάρετι lego, vel extrita particula εἰς, vel in εἰς mutata. Nec id dissimile, quod G paullo post H. Stephanus notat, omittēdam particulam οἴηται, in οἴησι μὲν οἴηται. Atque adeo sape vsum uenit, vt hæc voces abundant. Stephanus editione posteriori adscripsit ποιεῖ γ' ημῖν, quod cur probari non debeat, intelligit ipse.

H 367, B. Legitur in editis, οἱ γαλινικῶν χρημάτων τῷ γαλινικῶν μετανα. Quænam sit heic Gaulitica pecunia, (sic e-γαλινικῶν)

nim

nim an-  
tum, in  
quemq;  
pinor,  
ac adpe-  
pter K  
ientent  
fauiliu-  
lus vel  
reperi-  
glossari  
ponit, &  
I.C. cla-  
lic) my-  
de spad-  
logium,  
joco lib-  
ipsum e-  
ma illa  
catum  
Kwae  
Sidor  
sed eti-  
pinor, a-  
nūmā mā  
quāmā in-  
ad locu-  
pertine-  
licas pe-  
Prater-  
sea libr  
G  
De quib  
modo &  
nophon  
lychius  
dixerat  
pecunia  
enim es-  
Ibide  
posui, q  
ex me q  
tam illu  
αρχαν  
bus patr  
αρχαν  
αρην, c  
alibi, tū  
editione  
post a  
quanto p  
neto irre  
gendum  
est, Sop  
mirum  
nauigii  
Hanc eg  
psius apt  
mitti fac  
vltima p  
trinsecu

nina ante me scriptum hoc reperitur, & redditum, in conuersione Amaseana) vix puto facile quemquam indicaturum. Nam absurdum est, opinor, dicere; nomen hoc factum ab insula *γαύλῳ*, adpellatione, quam Stephanus Byzantius propter Karthaginem sitam esse tradit. Ego ut meam sententiam pace aliorum aperiam, existimo proximam legendum *γαύλῳ γηνῆ*. Est autem gaulus vel Festo auctore, qui vocem hanc in Plato repererat, nauigij rotundioris genus, vel etiam glossario veteri, quod tamen *άδος πλοῖ* tantum expavit, & cupam. Cyrilianum Basilij Amerbachij I.C. clarissimi declarat *γαύλῳ*, (sicenim scribitur illud *Signum la lic ποιμενικὸν άγνωστον*: & latine, hoc signum, credo, apud ut solet, ad Virgilij *Signum lactis* respiciens; quo *pro cupa*, loco libri nostri, *Sinum lactis*, habent. Et hoc illud ipsum est, quod cupa in altero dicitur; de quo forma illa rotundior intelligitur. Patet idem significatum non solum e Callimachi versu,

*Κυπρίδης Σιδόνιος με κατηγόρῳ ἐπέδει γενῆς,*

*Sidonius me e Cypro ganlus in hec loca vexit:*

Sed etiam de verbis Hesychij, qui respiciens, ut opinor, ad *γαύλον Σιδόνιον* Callimachij, *γαύλῳ*, sit, τὰ φοινικὰ πλοῖα καλοῦπι. Sic enim lego, mutata voce φοινικά in φοινικά. Idem Hesychius addit hoc, quod ad locum hunc nostrum emendandum proprie pertinet, dici *γαύλης χήματα*, τὰ δέ τοι πλοῖα, gaulicas pecunias esse, quae de nauigiis redigantur. Præterea usus est & Homerus gauli voce, *Vlysea libro ix.*

*γαύλοι ποικίλες ποικίλαι.*

*Gaulique & cumba —*

De quibus iam nemini obscurū arbitror esse, quomodo & emendandus, & intelligēdus heic sit Xenophon; cuius verba, ceu dictum, tantum nō Hesychius interpretari videtur. Nimirum & antea dixerat, nauiculas fuisse captas, & ex iis coactas pecunias; de quibus aliquid subtractū fuerat. hoc enim est *χηνῆ* illud *μειωμα*.

Ibidem, B. ad verbum *αἴρεται*; notas punctorum posui, quae significarent, aliquid deesse. Iam si quis ex me quæreret, quidnam illud esse arbitr̄; remittam illum ad ea verba, quae paullo ante habuimus, *αἴρουνται αἴρουνται* *έργον* *τον* *έμπολῶν εἰς*; De quibus patere arbitr̄, hoc etiam loco sic legendum, *αἴρουνται αἴρεται*. Ne dicam, id dicendi genus, *αἴρεται*, etiam apud Xenophontem repertiri, quum alibi, *τούτων παρεῖται* libro primo. \* Et hæc quidem editione prioria mē hoc loco notata. Nunc autem post *αἴρεται*, aliquid deesse, nec tam procul, sed aliquanto propius ab his verbis, *Σοφάνετες δὲ*, *ον αἴρεται εἰς τὸ δέ κατημέλη*. hoc est, *Sophanetus militatus est*, quod lectus ad hoc, nimirum *εἰς φυλακὴν θῷον γαύλικὸν χηνῆ*, ad pecunia de nauigiis redacta custodiā, id munera spreuisset. Hanc ego lectionem veram puto, loci quidem ipsius aptissimam sententiā. Nec dubium est, *εἰς αἴρεται* facile potuisse, propter similitudinem cum vltima præcedentis *αἴρεται*: ut *πόδε dumtaxat ex trinsecus adsumendum sit*.

#### AD LIBRVM VI DE CYRI EXPEDITIONE.

P Ag. 371, C. Lego, *κατὰ τὴν ὑπόντας* (antehac legimus *έμπολῶν*) *οι Μαρανεῖς*, *καὶ ἀπο οὐεὶς τῷ*

A *Αρκάδιον αἰασάντες*, *έξοπλοισάντες οἱ πολεύαντες κατημέλη*. Nam illud *έμπολῶν* habere locum nequit. Post ap̄x̄dav quæ in aliis est distinctio, tollenda; & post vocem proximā *αἰασάντες* collocanda. Sic is sensus efficitur, qui rectus est, & in versione mea expressus.

373, A. Non *άποτε* heic legendum, quod alienum a præcedentibus & sequentibus: sed *άποτε μάντες* *τοποθητικῶν εἰς τὸν Λεβανθόποτα μέτρας οιωνὸς εἰν*: quod vates aiebat, esse magnum augurium.

B 374, A. Non dubito, particulam negantem omnīam hoc esse loco, *μάντες εἰν*, *εἰς τὸν Λεβανθόποτα μέτρας οιωνὸς*. Eam si suo loco reponas, constabit sensus verborū per pulchre, *ώς τον οργισμόν του Λακεδαιμονίου*. Si soli Lacedæmonij habere imperium debent, ridiculum sit, non tunc etiam ipsos irasci, quum nonnullis, ut vna prandeant, conuenientibus; magisteriū conuiuij Lacedæmonio non defertur.

C 375, C. *πρὸ αἴροντος τῷ τετράποδῳ*, potius *τετράποδῳ*.

\* 377, D. In his, *γηστανδρος ονταντην*, *καὶ ἄλλοι δὲ κοχαντοι ουαληρον*, scribendum *οι ἀπο οι λοχασι*. recte. *πρὸ αἴροντος τον οιωνόν* irrepit *καὶ alienum*.

\* Ibidem, E. Notas his, *εἰς τὸν ξέρτωντα εἶχον*, . . . . , *τετράποδον*, inserui; quibus indicarem, aliquid deesse. Nam plenus ita legitur in libris quibusdam, *εἰς τὸν ξέρτωντα εἶχον*, *τετράποδον*, *τετράποδον*. Et arbitr̄ *αἴροντος τον οιωνόν* ab Amaseo intelligi, quum feretarium dicit, quamquam alibi sic *γηστανδρος* reddat. Idem tamen *τετράποδον*, quod sequitur, omisit.

D 379, B. Pro *τῷ πάντα*, lego *τῷ τῷ ζερπα*. Nam paullo ante Xenophon nō nullos expeditos, quos heic *πλεστοὺς* vocat, *εἰς τὸν ζερπα* dimittit. Ne dicam, intelligere homines doctos, qualis illa sit Romuli versio, qui hæc verba, *κατηλόντες οι πλεστοὶ τῷ πάντα*, reddidit: *Eos sequentes peltati in longum directis ordinibus*.

\* 382, D. Qui diligenter hæc inspicit, *ώς τον οιωνόν* (cum interiectis) *κανονικοὶ οὐδὲς*, *ον Κλίανδρος μέλει οιωνόν*, facile *πλεονασμονίον* illius *ον* deprehendit. Sed animaduerti & in aliis locis ita Xenophontem loqui. ut in *πόροις*, 930, A. *αἴς εἰ μέλοις ποσοὶ τοιούτοις ον πόλεως τερρίνας*, *ον ειπλύτων δεῖ θῆ*). Et alias locus infra notatus ad pag. 489, B. Item ad pag. 601, D. Ita fuerit fortassis hic quidam *αἴρεται*, nec delendum *ον*, vel in articulum i mutandum; quod H. Stephanus sine dubio faciendum putauit, me tamen ambigente.

F 383, A. Post *καταλόντες* notam punctorum posui, qua significare volui, vocabulum heic aliquid periisse. Nonnulla tamen vidi exemplaria, in quibus prescriptum esset, *καταλόντες τῷ οιωνίν*, *relictis sarcinis*. Quæ sane vox ideo quoque mihi viderunt rursus velut in possessionem mittenda, vnde deinceps fuit; quod, hac ipsa pagina Xenophon eadem usus sit. Nā ut heic ait, *καταλόντες τῷ οιωνίν*: ita istic, *αἴλαβοντες τῷ οιωνίν*, repertit. \* Probat hæc H. Stephanus, sed quia semper aliquid est, quod acutius aliis ipse perspicit; animaduerendum ait, hoc posteriori loco scriptum quidem *αἴλαβοντες τῷ οιωνίν*, sed præfixum tamen etiam *τῷ οιωνίν*: innuere, credo, verbis hisce volens, perinde ut posterius hæc coniuncta sint, ita superius etiam scribendum *καταλόντες τῷ οιωνίν*, *relictis in loco munito* & *armis*, & *sarcinis*. At quo pergendum erat, armis & sarcinis relictis: *ad pugnam instructi progrediemur*, inquit Xenophon. Heic aulicus iste regius ab aulicis

1060  
Lydia  
cinum  
• 42  
tius lec  
vt scrib  
non am  
chius,  
impedi

A D

ceteris, qui plerumque non omnino rei militaris rudes sunt, exploderet; quem armis in tuto relictis, militem aduersus hostes inermem velit educere.

Ibidem, D. Locus hic, *οἱ μέχει ταῦτα εἰπόντες*, ita legitur in H. Stephani editione. Cetericodices omnes habent *πεντηκοντά*, quibuscum consentit etiam Romuli versio. Arq; hoc equidem prætulerim. Quippe milites omnes Xenophontem sequutos intelligit, exceptis emeritis. Nec vacationem a militia impetrari a trigesimo anno, sed potius a quinquagesimo, cōstat. \* Stephanus heic se per Aldinam scripturā excusat editione secunda, cuius ignorationem in Germania, magnam sibi hoc etiam loco iniuriam facere queritur. At ego illam non ignorabam, sed in lectione virtiosa Stephani editionem, cēu posteriorem, illa priore silentio præterita, citandam arbitrabar; quod in ea vitium Aldinae tolli debuerat, aut tam necessaria saltim lectionis varietas ab illo notari, qui glossas alioqui pro verbis contextus, & plurima non necessaria passim chartis illeuisset.

386, D. Si hoc modo legas, *καὶ ἡμεῖς οὐ φυγήσομεν φάλαγγος, οὐ τελεστὰς ἐκατέραθεν ποιούμενοι, ἐπορεύοντες*. videri potest aliquid deesse. Nequeunt enim hæc recte coniungi, *φυγήσομεν*, & *ποιούμενοι*. Non ignoratamen, quomodo possint hæc etiam sine defectu, & nulla mutatione facta, retineri.

\* 389, B. Hæc verba, *οἱ αποστολαὶ Λακεδαιμονίου*, prius ita verti, ut lectionem hanc sequerer, *οἱ λα-*  
*κεδαιμονίων*, quum dicerē, *Quasi qui a La-*  
*cedamonis defecerimus*. Ea lectio non incommoda videretur, & vt *αποστολαὶ* non admodum est illi alteri *λακεδαιμονίου* dissimile; sic etiam *λακεδαιμονίων* facile transire potuit in *λακεδαιμονίοις*, ob confusione horum ex abbreviaturis visitatissimam. Verbis quidem hæc Cleandri confirmatur, quæ deinceps, p. 392, A. leguntur huiusmodi: *οἱ πράπτουμεν* *αποστολαὶ λακεδαιμονίων*, *quod exercitus ad defectiō-*  
*num a Lacedemoniis per vos impellatur*. Sed nihil est causa, cur hanc alteri præferamus; si dumtaxat *αποστολαὶ* scribamus loco illius *αποστολαὶ* vitia-  
ti, quemadmodum superius in notis ad pag. 6, B. faciendum ostendimus.

390, C. 391, A. Heic sequi nos lectionem marginis necesse est, ut legamus non *οἱ αἱρετοί*, sed *οἱ Κλεάνθες*. Nam secundo loco non *οἱ* dicendum erat, si plures adpellasset, sed *οἱ*. Monere de hoc cleandorem præterea volui, quod hoc loco etiā Romulus sit alucinatus, qui verbum *οἱ* pro persona tertia cepit, hoc est, *pro οἷς*. Verit enim; *Etsi Cle-*  
*ander me iniuriam intulisse putat*. Recte vero lectionis hæc sententia est: *Etsi, Cleander, abductum*  
*me fuisse putas, velut aliquid iniuste perpetravisti*. Et posteriori quidem loco H. Stephani editione altera hoc in contextum admisit.

\* 391, A. pro verbis his, *ἴκανα πάρα ποτὲ*, scripsisse Xenophontem non dubito, *διὸ βίαια πάρα*  
*ποτὲ*, quorum interpretatio siue scholion est illud in margine, *βίαια χειλῶν πάρα ποτὲ*. Non enim hanc diuerfam esse iudico lectionem, sed glossam veræ lectionis. Ortus error ex abbreviatura in verbo *διὸ*, & similitudine litteræ *β* cū *π*, initio vocis *βίαια*. Nam *β* Græci libri manu scripti sic habet pictum, ac si tale u Latinum esset, vnde non pauci manus reperiuntur errores in manu exaratis. Et in notis ad Dionem Cassium nostris idem alicubi adtigimus.

A AD LIBRVM VII DE CY-  
RI EXPEDITIONE.

P Ag. 395, D. pro *οὐκ η κέρας ἐκάτεροι* *πλεονεκταὶ*, scribere *κέρας ἐκάτερον*. Sic & Romulus redidit.

398, A. pro *εἰς κόμας* *οὐ Θρακῶν περιελθόντες*, scribo *περιελθόντες*. Nam *περιελθεῖν* *εἰς κόμας*, rectum est; non *περιελθεῖν* *εἰς περιελθεῖν*. quippe *περιελ-*  
*θεῖν κόμας* dicunt, ut Demosthenes *περιελθὼν πῆς αρ-*  
*τιστές*.

\* 401, B. Vides heic scriptum *Σηναυμεῖαν*. Ego quum istic essem, nec a Turcis, nec ab ipsis Græcis aliter hoc opidum nominari audiui, quam *Σηναυ-*  
*μεῖαν*, Silyurian, non Selybrian, minus Selymbrian: quod sane quum corruptum esse iudicem, marginibus alteram illam scripturam adnotavi.

Ibidem, E. pro *πλεονεκταὶ Μηδόκω*, legitur etiam *πλεονεκταὶ Μηδόκων* in libris *εἰντυμοῖς*.

421, C. H. Stephanus sequitur editionem Florentinam, hunc locum ita legit: *οὐκοῦ οὐ ποτὲ περι-*  
*ποτὲ περιελθεῖν* *εἰς κατεργασμένα τέτοια* *οὐ Χειμύτικα* *οὐ περιελθεῖν*. atque hæc verba sic interpretatur, emendata versione Romuli: *Primum itaque fides a te his ipfis etiam quibus regnum parafti pecunis vendiūr*. At Seuthes regnum paternum pecuniis redemisse dici nequit. Et quæ fuerint illæ pecuniae, quibus regnum parauerit? nonne Xenophon paullo ante Seuthen ait in magna pecuniae inopia tantum ea re parasse regnum, & militum animos excitasse, quod verax fore crederetur? Ego quod pace Stephani dixerim, existimo proprius ad Xenophontis mentem Romulum accessisse, si solam interrogationis notam tollas, quam Romulus habet. Nam vt explicem, quid sentiam; legendum aliter arbitror, quam in Florentina, & ipsius editione legatur, nimisrum hoc modo: *οὐκοῦ οὐ ποτὲ περιελθεῖν*, *περιελθεῖν*, *εἰς κατεργασμένα*, *εἰς τέτοια* *οὐ Χειμύτικα* *οὐ περιελθεῖν*. quorum hic sensus est: *Ergo primum ho-*  
*minis fide digni existimatio, que quidem etiam re-*  
*gnum tibi adquisiuit, abste hac pecunia (quam sci-*  
*licet militibus debitam tibi seruas) vendiūr*. Vides optime cum superioribus hæc cohædere. Negabat Xenophon, Seuthen initio quidquam militibus numerasse, ac nihilominus illos se ipsi adiunxisse dicebat. Cur illud? quia fore creditum est, vt quæ promisisset, re ipsa præstaret. Hanc igitur existimationem hominum de ipso primum ait amissurum, si pecuniam militi promissam retineat. H. Stephanus editione secunda probat.

\* Ibidem, D. Quid sit *επίκοοι*, notum est vel ex *περιελθεῖν*, hoc, quod paullo ante dicitur p. 413, E. *επέπικοι εἰς ταῖς πόλεσι*, stabant in loco, de quo audire omnia posset. Quapropter heic equidem *επίκοοι*, scripsisse Xenophon tem arbitror. Nam huic responderet, *οὐ οὐδὲ περι-*  
*ελθεῖν*, quod sequitur.

\* 423, C. pro *κακόνοις πνεύματα εἰδότα*, scilicet *πνεύματα*, scribendū *κακόνοις πνεύματα*, *μοι πνεύματα*. His exaratis, vidi animaduersum hoc etiam ab H. Stephano secunda editione.

\* 425, D. Bis heic irrepit in locum indebitum, nomen *Λυδίας*; priori comunitandum cum voce *Ασίας*, quum mare minoris Asiae Xenophon intellegat, adluens expressa heic loca, Hellesponto vicina, remota longe a Lydia: secundum, versu ab hoc tertio, in vocabulum *Μυσίας* mutadum. Nam

Lydia

Lydia non est opidum Pergamus, sed Myssia, vi-

cinum Troadi.  
\* 427. B. pro ἡ θεον η πατρίδεως Ξενοφάνη, admitto pos-

tius lectionem marginis ἡ πατρίδεως, sed emendatam :

vt scribatur, ἡ θεον οὐκ ἡ πατρίδεως Ξενοφάνη, Deum illum

non amplius culpabat. Et intelligitur Iupiter Mili-

chius, de quo dixerat hariolus paullo ante, quod

impedimento Xenophonti esset.

### AD PRIMUM HISTORIA-

RVM GRÆCARVM.

*Titulus*  
*indumentū.*

**P**ag. 428. A. Initio monendus lector, titulum librorum sequentium vere Xenophontem esse qui non nullis in libris reperitur, ἐμλωκαλιστελον βιβλίον τελεσθν. Nam a quibusdam inepte da-  
turi eis inscriptio ἀρχαὶ μενον quasi a Thucydide relicta Xenophon libris hisce complecti voluerit. Nihil enim in his reperitur; quod ad historiam Thucydidis pertinet, & a Thucydide neglectum, cuiusmodi scimus dici & esse ἀρχαὶ μενον, Xeno-  
phon suppleuerit: sed nouam scribit historiam re-  
rum Thucydidis ἀτatem subsequuntarum, & usq; ad xli vii annos a fine historiæ Thucydideæ  
pertinentium. Has res Thucydides videre non po-  
tuit, dudum ante mortuus: Xenophon & vidit, &  
litteris prodidit, vt e chronologia Xenophontea,  
in appendice tomī secundi exhibita, liquido per-  
Chytrae. spici potest. In ea vero quum nonnulla reperian-  
tur, a communi chronologorum opinione dissi-  
dentia, præsertim Dauidis Chytræi, qui Herodo-  
ti, Thucydidis, Xenophontis, chronologias scri-  
psit: quorundam tibi nostrotum rationem hec  
reddere luet, optime lector, ne quid a me fa-  
ctum temere putes, qui a plerisque dissentire sum-  
aus. Simil à proposito nostro emendandi cor-  
rupta non discedemus. Nimurum hi Xenophontis  
exemplaria vitiosa non prius corrigenda sibi  
duxerunt, sed numeros in eis positos, vt mendis  
carentes, sequi simpliciter maluerint. Eos igitur  
eadem opera tibi repurgatos dabimus.

**T**hucydidis & Xe-  
nophontis  
coherētia.

Primum id obseruandum, quod margini edi-  
tionis huius, initio primi ἐμλωκαλιστελον adscriptum: in-  
cipere Xenophontem, vbi Thucydides desierit.  
Ergo pugna Mindari, a Thucydide descripta, non  
repetitur a Xenophonte; sed post illam noua præ-  
lia maritima describuntur. Horum primum est,  
quo rursus Hegeländridæ ductu victores exti-  
stisse Lacedæmonios, expresse recitat Xenophon;  
nimurum post victum a Thrasylulo & Thrasyllo  
ducibus Atticis inter Abydum. Sestumque Min-  
darum, paucis diebus inter priorem & hanc pu-  
gnam interiectis, vt ipsemet loquitur. Deinde se-  
quitur altera Mindari pugna, cepta per occasio-  
nem victi tunc in Hellesponto cum xiiii nauibus  
Doriei: qua quideam Athenienses denuo Min-  
darum, & Pharnabazum auxiliarium, Alcibiade  
cum xviii nauibus superueniente, vicerunt.  
Prælio priori perire Lacedæmoniis xxi natus,  
si recte memini, & abfuit Alcibiades: hoc captæ  
xx naues, Alcibiade præsente, cuius aduentus  
opportune viatoriam Atheniensem adiuvuit. Ter-  
tio pugnatum a Mindaro ad Cyzicum, eoq; præ-  
lio Mindarus fuit cæsus, & lx naues Lacedæmo-  
niis eruptæ, tota classis eorum scilicet, exceptis  
Syraculanis nauibus; quas ipsimet Syracusani ex-  
uterem maluerunt, quam permittere, vt in hostis

A potestatem venirent. Hæc ad annum belli Peloponnesiaci xxi pertinent, quo gesta pleraq; Thucydides recitat, Xenophonti cetera debemus. Ex hoc etiam constat, isto xxi belli anno fuisse fun-  
ctum ephori officio Spartæ Alexippidam, ceu vi-  
dere de Chronologia mea licet; cuius rationes, ob

Cur Chronologia  
magistratus annotinus erat, absque dubio firmæ

*Annus*  
*xxi bel-*  
*li Pelopon-*  
*nesiaci.*

Sequitur annus belli xxii, ephoratu Misgo-  
B laide notabilis. Hoc αὐτωρχαί fuisse apud Lace-  
demonios, & anno fortassis etiam sequenti, mi-  
rum videri non debet; quum classe deleta, non es-  
set cui nauarchum; Mindaro extincto successo-  
rem mitterent. Interim ope Pharsabazi ad An-  
tandrum noua classis exstructa. Fortasse tamen a-  
liquis putet, Pasippidam statim Mindaro succel-  
sisse; licet id Xenophon aperte non prodat. Vere  
tamen nauarchus esse non potuit, quum is etiam  
magistratus anno finiretur.

*Annus*  
*xxii.*

Annus belli xxiiii Ephorum habuit Isiam,  
Aracum, classis vero Laconicæ præfectum reabse  
Pasippidam, cuius Xenophon expresse iam men-  
tionem facit, quod classem a sociis collegerit, eiq;  
præfuerit; & exilio multatum narrat ob Thasio-  
rum seditionem, cuius una cum Tissapherne au-  
tor fuisse credebatū.

*Annus*  
*xxiiii.*

Anno xix clare Xenophon, ac bis quidem, e-  
phorum fuisse tradit Euarchippum, & in eum-  
dem annum incidisse refert olympiadem xciiii.  
quod notandum propter olympiadem xciiii,  
quam suo repetiuri loco sumus. Apud classem  
vero Laconicam fuisse dicit Cratesippidam na-  
uarchum, quem disertis verbis Pasippidæ succe-  
sorem nominat. Sed postea, quo loco concludi-  
tur hic annus, (pag. 435, B.) fuisse belli Pelopone-  
siaci vigesimus & secundus legitur. Hei repon-  
endum aio numerum veriorem, anni scilicet  
xix.

*Cratesippidam nauar-*  
*chus.*

E Anno xxv erat ephorus Pantacles, at Laco-  
nicæ classis præfector Lysander. Mutandus igitur  
pag. 442, E.m. numerus anni xxiiii necessario,  
in xxvi.

*Numeri*  
*vitiatis cor-*  
*riguntur.*

Anno xxvi belli huius, ephori munus gessit  
Pityas, nauarchus fuit Callicratidas. Ergo pag.  
444, B.m. positus numerus xxv, vito se scriptus  
est, & cum xxvi comutari debet.

*Annus*  
*xxvi.*

Anno xxvii fuit ephorus Archytas, classis  
autem præfector Aracus, & eius loco Lysander,  
cum legati potestare, ceu pro nauarchus.

*Annus*  
*xxvii.*

Restant sex ad belli finem mensæ, qui ad  
xxix annuum pertinent, quo ephoratum gessit  
Eudicus; vt Xenophon scripsit, initium belli fuis-  
se, quum ephorus esset Ænesias; finem, quum Eu-  
dicus. Idem ait, hoc anno fuisse xciiii olympia-  
dem, quæ ipsa quoque computatio recta est, &  
cum rationibus hisce nostris conuenit. Ita iam  
plana sunt omnia, sublati vitiosis numerorum  
scripturis; que chronologis nostris, vt dixi, non  
mediocriter aluinandi occasionem præbuerunt.  
A Chytræo quidem tradita biennij fere spatio  
nonnumquam a veris temporibus aberrant.

*Annus*  
*xxviii.*

\* 428. B. pro ἡ θεον η πατρίδεως Ποιητη, scribendum  
arbitror, ἡ θεον η πατρίδεως. Leue quidem hoc videtur, sed  
non omnino negligendum. Sic infra, pag. 441, D.  
arbitror ut εκαστος λύπησεν. Vtrobique rectum ex-

pressi sensum, de quo non cogitans quidam, ceteroqui Græcæ peritissimus, atque illi adeo genti adfinis, suspectum hoc verbum habuit, & pro eo reponendum πατέντες censuit, nulla quidem id ratione. Nam αὐτόνυμον verbum nauticum est, quo significatur euasio de locis anterioribus, in spatio sius & liberum pelagus. Italicu nautæ alargar si dicunt, & liberum pelagus.

*Alargarsi.*

*Dardanili.* Italico nautæ alargar si dicunt, & andar a largo. Ipse met in his nauigau locis, quibus haec contigisse scribit Xenophon. Extra Hellestòtum, quo is angustissimus est, infra geminas arces, quæ fretum illud tacentur, & Dardanellia nostris vocantur, Dardanili, a Turcis, (olim quidem arx Europæa Sestus erat, Astatica vero Aby-

*Aydos.* dus, nunc Turcis Aydos, vt historiæ Musulmanaæ libro 1111 ostendimus) apertum se mare statim offert, in cuius litore lauo prodeuntibus & dicto freto Hellestòtico spectatur Phrygia Troias, & Ida mons, cum campis, ubi Troia fuit, secundum poëtam. Heic Rhœteum promontorium Troiadicis, & Sigeum, monumentis Achillis, & Aiakis

*Sigum.* nobile, quod nautæ nostri Capo Ienitzari nominabant, eeu promontorium Ienizarorum. Hoc loco Dorieus, inquit heic Xenophon, οὐδὲ τὸ ποτίσσω λιόντες, quum circa Rhœteum in mare largius produxisset, naues ad terram subducebat. Nec

Rhœteum a Sigeo procul abesse, de libro xiiii Diodori Siculi patet, ubi narrans eadem, οὐδὲ τὸ Δωρεῖαν, inquit, οὐδὲ τὸ Σιγόν τὸ Τρωάδος, quum esset Dorieus propter Sigenum Troadis. Ut autem locorum interualla, secundum hodiernas appellatio-

*Chisme.* nes, lector cognoscat, haec addere luet. Ab arce Dardanellorum Asiatica, quondam Abydo, in Asiatico litore, quod nauigantibus & freto ad lauem esse diximus, abest Chisme millario Græcovno.

*Simo.* Illi loco Simois fluvius nomen dedisse videtur, cuius heic ostiū. A Chisme Pef-kiam millaria Græca sunt octo. Pefkia distat a Capo Ienitzari, hoc est a Sigeo, milliaribus quatuor. Vnde colligi viderur, Pefkiam esse Rhœteum. A Capo Ienitzari ad Tenedum millaria sunt xii. A Tenedo ad Troiæruinas, millaria x. A Troiæruinas ad Capo

*Pefkia.* Santa Maria, quod Iarganum Asiae promotorium est, e regione insulae Lesbi, nunc Mitellini, millaria xl.

*Rhœteum.* \* 431, D. Mutilatus esse videtur hic locus, si διομένον retineri debeat: οὐδὲν δὲ οὐδὲν ἐπαγμένον, διομένον, εὑρίσκεται. Ita quidem haec dici videtur, ac si scriptisset Xenophon, οὐδὲν δὲ οὐδὲν ἐπαγμένον, καὶ μηδὲ διομένον, quum nihil in eos culpa quisquam conferret, & omnes rogarent. Sed Pyrcamerus aliam scripturam suis in libris reperit, in qua pro διομένον, exaratum τῷ λεγομένῳ esset, hoc modo: οὐδὲν δὲ οὐδὲν ἐπαγμένον τῷ λεγομένῳ. Verit enim, quum omnes his, que dicebantur, adsentirentur: paullo rectius sic interpretaturus, quum nemo quidquam eorum, que dicebantur, culparet. Ego prius istud διομένον sequutus sum, sed non absque supplemento illius, quod deest; tametsi lectionem alteram non incommodam iudicem, adeoque probabilem.

*Stephani Byzantij nomenclator.* 433, A. In his, Σελινουντα @ Ιμερε, retinui lectio nem visitatam. In epitome vero Stephani Byzantij, quæ ciuitatum nomenclatorem continet, scriptor urbiū. bitur χειμερε, & ab Himera, tamquam opido diuerso, distinguitur. Citat etiā hunc ipsum locum. & Chime Ξενοφῶν, inquit, ἐμβικῶν τοσφτῷ. \* Σβανιοντς δῆλοι Σι- ra Sicilia. \* spatev- εινιώδες, Σελινουντα περιχειμερε.

434, C. Hæc verba, ἀποδει (scilicet εἰς τὸ Σελινοντα, ab opido Sesto) ἐν σολιᾳ διέλειται Λάμψακον, Pyrcamerus aliter scripta legille videtur, nimis tamen ἐν σολιᾳ κατέλειται Λάμψακον. Ab opido Sesto descendit Lampsacum exercitus. Verum hoc & cum fide librorum omnium, & cum ratione pugnat.\* Non enim Sesto Lampsacum descendit, sed adscendit ad

*Situs Lans pfaci.*

† xxvi 1 milliaria Græca circiter; & ita quidem adscendit, ut Hellespontum traici necesse sit;

quippe quum Lampsacus in Abydeno, id est, A-

B siatico litora sita sit, supra Sestum rāmen, e regio-

ne Calliopoleos, ut e Musulmanæ nostra libro

xiiii videre est, quo loco Lampsacum a Turcis iam

Lepiske dici ostendimus; quod ideo præterite si-

lentio nolui, quoniam Franciscus Billerbeckius,

in epistola de itinere suo ad Chyraeum, nomen a-

liud prodidit. Hoc autem Lepiske, Græcis Lapsaco, non nimis alienum est a veteri adpellatione;

quum præfis etiam in libris λάμψακος scriptum inue-

nisse meminerim.

C 437, A. Persuadere mihi non possum, hanc lec-

tionem incorruptam esse, καὶ αἱ Ὑγιαρχίδαις εἰχεν

τὸν Θεάντας, τὸν Κατάντας τὸν Μινδαρόν. Quo enim modo

Hegesandrides simul & τὸν Κατάντας esse potuit, & τὸν Κατάντας

dux? Nam initio certe primi huius libri narratur,

eius duæ Arthenenses fuisse vietas. Quapropter

ut quid ipse sentiam, breuiter significem: existimo

legendum, τὸν Κατάντας τὸν Μινδαρόν, hoc est, a Mindaro

praefectus operis naupegicis. Numquam enim le-

gere memini, τὸν Κατάντας cum imperio nauibus præ-

fuisse. At vero vox altera in ista significatione sa-

pius a Xenophonte posita est, sicut & τὸν Κατάντας

τὸν Κατάντας, quum alibi, tum initio τὰς Κατάντας significat præesse.

Notissimi quoque sunt τὰς Κατάντας, & τὰς Κατάντας.

\* 439, A. pro his, λέγοντες οὐδὲν, οὐδὲν κράποδος εἴη τοις.

πατάνων, dico scribendum, λέγοντες οὐδὲν, οὐδὲν κράποδος

εἴη τοις πολιτῶν. quæ quidem scriptura recta est.

Ibidem, C. Nequit haec recipi lectio, quam H.

Stephani, Florentina, ceteræ editiones sequin-

E tur, τὸν Εφασαν τὸν οἰαν τῷ εὐτῷ τὸν ταντὸν καρνῶν διδασκαλίαν τοις.

Id quum nonnulli animaduertissent, lege-

re maluerūt, τὸν οἶοντας αὐτοὺς τοις.

Verum hoc longius a pristina lectionis litteris recedit. Multo igitur

commodius hoc modo scriberetur, τὸν Εφασαν τῷ

οἶοντας αὐτοὺς τοις οὐταντας τοις τοις τοις.

Nam ex & fa-

ctum a rudi librario Η, deinde reliqua voces οἰαν

& τοις ad hanc conformata, præserim quum &

aliae sequentur, καρνῶν τοις τοις τοις.

terminatione simili. \* Probat quidem H. Stephanus, sed suam

addit coniecturam de οὐδὲνα voce amissa, qua resti-

F tuta scriberetur, τὸν Εφασαν τὸν οὐδὲνα τοις τοις τοις.

Nam ex & fa-

ctum a rudi librario Η, deinde reliqua voces οἰαν

& τοις ad hanc conformata, plane corruptum est, & sic ta-

men a me redditum, ac si scriptum esset, τὸν Εφασαν τῷ

διωδεῖντας, τοις τοις τοις τοις.

qua scriptura re-

cta est. Nam ita διωδεῖντας responderet ei, quod se-

quitur, αὐτοὺς τὸν οἶοντας τοις τοις τοις.

Huiusmodi mendæ de Græcorum abbreviaturis, quas vocant, oriuntur.

\* 441, B. Notas punctorum textui Græco in-

G ferui, significantes alicuius verbi defectum in his,

αὐτοὶ αὐτοὶ εἰπεις . . . πατέρις τοις Αλεξιάδου. Sic

autem supplendum, quod deest, arbitror: αὐτοὶ αὐ-

τοὶ εἰπεις, πατέρις τοις τοις Αλεξιάδου. Nimis eidem

verbi repetitio causam calligrapho præbuit

omitendi posterioris. Quod ipsum dicēd genus

adinet, τοις πατέρις, Xenophontem est, & Atti-

cum;

1064  
cum;  
nostris  
μερινέ  
\* 4  
rit & p  
sterior  
441  
his, v  
explo  
Idem,  
reperi.  
\* Ib  
dam le  
vult ξ  
poni ip  
non de  
τόποι  
bari. S  
πλεύ  
alioqui  
\* 44  
bo mix  
ne vero  
phonti  
etiam n  
aliorun  
nuscrip  
me ad  
est, edo  
ribus in  
poeticu  
to; que  
edition  
nostra  
\* 44  
τατων  
nai ab  
tanda p  
Porti c  
Ibide  
εραστ  
A. vbi n  
εραστ  
autem c  
phanus  
bat, sicut  
Ibide  
Sic enir  
desunt  
ινχεν.  
licet η  
quienit  
χε, per  
\* Ibide  
ρηρην,  
την simili  
catum in  
ipso loco  
ρηματι  
volui. S  
da sunt,  
Quanti  
queran  
μετ' ε  
co apud  
\* 447  
dat illud

cum; habemusque locum similem in Symposium A nostri auctoris, p. 887, B. ὡς τακράς ζωτίων συστημένη.

\* 442, C. pro ἐλεῖσταις ἀφῆν, commodius fuerit ἀφῆν. H. Stephanus ἀφῆν scripsit editione posteriori.

443, B. C. Puncta significant, aliquid deesse in his, & γινωσκόντων . . . απέρις θαλάσσης. Ego sic expleo, & γινωσκόντων, καὶ ὅπα πέρις θαλάσσης πέμποντες. Idem, his scriptis, apud H. Stephanum notatum reperi.

\* Ibidem, D. H. Stephanus heic, ad expediendam lectionem intricatam, pro ξυμβλεύειν τῷ, scribi vult ξυμβλεύειν τῷ ἀριστῇ, & deinde pro ἰροῦνται, reponi ἰροῦνται, me sane adsentiente. Sed dissimilare non debco, ne verbum quidem αἰνάζεται in his, καὶ οὐ πολὺς ἡμῶν αἰνάζεται, magnopere mihi hoc loco probari. Sic quidem reddidi, ac si scriptum esset, καὶ οὐ πολὺς ἡμῶν αἰνάζεται, quod etiam rectum arbitror, & alioquin visitatum Xenophonti,

\* 444, D. pro τῷ κείνῳ, quod in omnibus est, scribo τούτῳ, quod Atticis visitatum scriptoribus. κείνος vero, pro ἐκείνος, nimis est poëticum, & Xenophonti vix tribuendum: licet non heic tantum, sed etiam multoties deinceps in editione Stephani & aliorum reperiatur, non aduersantibus etiam manuscriptis aliquibi. Loca quidem ipsa notata sunt a me ad marginem. Quod si quidam hic Atticismus est, edoceri velim, cur ille non etiam alibi superioribus in libris sit obseruatus. Sic ὄρεας pro ὄρεας, ut poëticum adgnosco, ita Xenophonteum non putto; quod tamen in Stephani quoque posterioris editionis loco reperitur, qui pag. 492, C. editionis nostræ legitur.

\* 445, A. Vitiose scripta sunt illa, ὡς ἔφη οὐδὲ τῷ πολιτῶν κατακαλυθεῖς, quando quidem ciues Mitylenai ab Atheniensibus stabant. Itaque sic illa mutanda potius, ὡς ἔφη οὐδὲ τῷ πολεμών κατακαλυθεῖς, quia Porti est emendatio.

Ibidem, C. pro ὁδῷ ρύματα ὁδολαβὸν, lego πορευελών. Hoc vt faciam, mouet me locus pag. 456, A. ubi nonnullis in exemplaribus ὁδολίματα πορευελών, sicut & heic, vitiose legitur; in melioribus autem codicibus ὁδολαβὸν, vel ὁδολίμων. H. Stephanus editione secunda margini adscriptum probat, sicut & quod sequitur.

Ibidem. Pro ἐπως αὐτῷ ξεν., lego potius ἐπως αὐτῷ ξεν. Sic enim huius loci sententia postulat. \* Neque desunt exempla, in quibus αὐτῷ idem est, quod ἐπίχειν. vt pagina sequenti 446, C. επι δι αὐτῷ, scilicet τῷ οὐδωρικῷ αἱ βρονταῖ, poste aquam cessauit. Et conquienit tempestas. Etiam Hesychius exposuit αὐτῷ, per αὐτονέχειν.

\* Ibid. C. pro οἱ ἐφορμοῦντις legunt quidam οἱ ἐφορῶντις, & versu ab hoc tertiorum sum pro ἐφορμῶντιν. Nam his speculandi significatum inest, aliud in ἐφορμῶν: sicut videre licet hoc ipso loco, paullo post, in his verbis, εἰς πολλαχοῦς ἐφορμῆσανναν. Ita legit Pyrcamerus, quem sequi volui. Si tamen ἐφορμοῦται & ἐφορμοῦται retinenda sunt, aliter reddi debent: nimirum priore loco; Quamvis, qui stationem habebant: altero sic, Τιμονιοι, qui erant in statione. Sic & paullo post, 447, C. τὰς μετ' Επονίκου τῇ Μιτυλεῖν ἐφορμοῦσας, quia cum Eteonicō apud Mitylenam stationem habebant.

\* 447, A. In his, Ἐρυθρῷ καὶ Μεγαρῷ, abundant illud καὶ, atque induci debet; quam de uno

A Hermonē Megarensi sermo sit,

\* Ibidem, B. pro ἐξ μὲν καὶ τελασάκοντανοι, rependunt εἰλα μὲν καὶ τελασάκοντα. Nam infra, p. 451, D. ita naues numerantur. Duces erant octo, quorum quisque naues tres relinquebat. Haec quatuor & viginti naues erant. Illis adiungebantur x naues tribunorum pedestris militis, hi namque Xenophonti sunt πατέρας) & x Samiorum, & tres nauarchorum. Haec simul x l. vi i naues conficiunt.

B 450, C. pro καὶ τὰς αἰδικοῦταις εἰδόταις κολασοῦται, sequitur meliores libros lego εἰδότες. H. Stephanus editione altera margini adscriptus.

\* Ibidem, Quis ille Καύανος fuerit, ignoratur. Sunt qui Καύανος loco, putent Καύανος nomen repandum, hominis & illud aequa obscuri. Forrasse Χαράνδου mentio rectius huc congruerit, qui legibus apud Athenienses latiss inclaruit.

Ibidem, D. Eorumdem auctoritate pro αἴγρον μοι δέ, reposui αἴγρον γάρ μοι ad marginem. H. Stephanus laudat.

Ibidem, E. pro δημητρίῳ δὲ ημέρας τελῶν ημέραν, legendum aio, δημητρίῳ δὲ ημέρας τελῶν μερῶν, & quidem ita faciundum necessario. Quo enim modo ceteroqui sequentibus haec verba τελῶν ημέραν respondebunt? Non enim dici poterit, οὐδὲ μὲν ημέρας item, ἐπερον δὲ, εἰ δέ, cum ceteris. H. Stephanus editione altera, monitu meo, margini adscriptus.

D 451, A. Adnotavi conjecturam meam ad marginem. Sunt enim plane contraria, οἱ αἰσθητοὶ εἰλευθεροτόποι, & quae his subiiciuntur, καὶ ἐν αἰδικοῦταις Στολῶνται. Quamobrem putaui commodissime αἰδικοῦταις posse in αἴγρος mutari. quod si fiat facilissimus est loci sensus. Bilibaldus quidem ita legisse colligitur, quum dixerit, *Ne iniuste pereant.*

\* Ibidem, B. Locus est impeditus, & explicatu difficultis in hisce verbis, αἰσθητοὶ εἰς αἴγρον καὶ αἴνωφελεῖς ηδη δέ, τοσοὶ δὲ οὐδὲ θανάτου αἴθρων ημέρητοις. Evidem ita reddidi, ac si scriptum esset: αἰσθητοὶ εἰς αἴγρον, καὶ αἴνωφελεῖς ηδη τοσοὶ οὐδὲ οὐδὲ. καὶ αὖ τῇ τοσοὶ θανάτου εἰς αἴθρων πόσοις ημέρητοις ηδη. sensu tali, *Veniat vobis in mentem, quam id triste futurum sit, & inutile: ac præterea, si capitis sententia tot in homines lata, recto a iudicio aberraverit.* Verba quidem illa, τῇ τοσοὶ θανάτου, satis viscerata habent εἰδήσιμον, ac si diceretur, τῇ ιψω τοσοὶ θανάτου, vt etiam loqui Græci solent, αἴγραν θανάτου, subintelligendo δικτυα. Monet autem Atheniensis, vt considerent, quam triste futurum sit, ac inutile, si vel vnum (id enim præcessit) innocentem interficerint: ac multo magis, si capitis sententiam in tot homines errore ducti tulerint. Hic verborum scopus est, a quo Hen. Stephanus aberrat, dum abesse quiddam, nimirum οὐδὲ αἴσθοις ηδη αἴνωφελεῖς, respondere debeat.

\* Ibidem, D. Illud καθαρὰ diuide in καθαρά, scilicet πολύματα, quod præcessit. Quibus, inquit, in rebus duces deliquerint. non, quo pacto deliquerint, quod prius sequutus eram.

## AD LIBRVM II HISTORIARVM GRÆCARVM.

Pag. 454, B. Lego, οἵ οὐταις δὲ Δαρέου αἰτεῖσθαι, πολό Δαρέου. Nam aliter hunc appellari, quam Darium, nusquam legere memini. Mendum i-

acvers  
molest  
graph  
dam no  
dis pro  
dile, a  
non san  
illum d  
manur  
enim c  
mines,  
tis labo  
yel felic  
rius, ab ho  
nenfe:  
ri prop  
tear, n  
storie r  
mitat l  
rebrun  
fecto r  
multis  
quantus  
uerum  
ctor sp  
qua de  
ta, nesc  
mo par  
ptimo v  
cum fo  
no, lib  
busdar  
de tun  
\* Hi  
eunda  
versio  
culcati  
homin  
elegate  
biuum p  
dat, qu  
in plan  
eglossa  
stor au  
get, ha  
stroru  
cogitati  
se, qua  
pane i  
quonia  
riam ed  
uare vo  
sum ap  
malitia  
pudent  
lum no  
daum  
nibus  
ab se pu

\* 47 cum, q  
ne, sicut  
semper  
tir, nec  
dico po  
Floren

dem pag. eadem etiam, litera C. corigo, ελεγον φεσις A Δαρειον, non Δαριαν. Intelligitur enim Darius, Cyri minoris pater, \* cognomento Nothus; non Xerxes, ut heic scribitur, sed Artaxerxes filius; eius, qui Μαρθροχηρης sive Longimanus fuit appellatus. ideoque heic & illud emendandum.

\* Ibidem. in his, οι διεστασ σημειωται χειρας, rectius scriberet οι διεστωται, eo sensu, quem expressimus. Idem & ab aliis, Porto presertim deinde de notatum reperi. Coren vero arbitror eiusmodi manicam esse longiorē, quali nunc in extero-

B ribus vestibus suis & Vngari vtuntur, & Turci; qui e Perside profecti, velut ostensem alibi prolixius, haud dubie vestitum etiam Persicum in alias secum regiones adulterunt. Nec mutare solent vestium formas hae nationes, originis eiusdem, quam lib.

11 Musulmanæ declarauimus opinione singulari, & ab aliorum iudiciis discrepante, sed vera. Propendent hæ Turcotum manica prope modum ad terram, menteis talaribus (quæ μανικαι Persico vocabulo Græcis + dicuntur) longitudine pares. Candys vero Persicus catuisse manicis videtur, idque propterea, quod fibula nece- retur; ut e prisorum monumentis hoc obseruat- um, libro παρδειας v 111. 214. ad marginem notaui. Quia ipsa de causa vestient hanc in primis militarem, & quidem equestrem fuisse coniicio. Sed ad institutum. Ad illud, quod sequitur, ιππον τη μακροπονη υχρος, notaram editione priori, scribendum μακροπονη υχρος, nec male quidem: sed me- lior Porti scriptura, μακρον υχρος, longius D quiddam manica: nimis ut plane Turcica longior illa manica, quam modo propendente ad terram descripsimus, intelligatur.

\* 455, E. pro οιδη ψεματωνος τελινη, καθισται ως παντερεια, necessario scribendum, οιδη ψεματωνος τελινη, οιδη παντερεια. id est. Erat heic in-

Hellepon- ti latitu- do ad Cal- liopolim.

F

+ Pande- ctes Turc- et cap. 24. Qua Hel leponus angustissi- mus.

Ad Chiridocastrum quidem, ut ostendimus + alibi latius, quo loco plane angustissimus est Helleponus, latitu- diue sua Græcum unum milliare non superat. Hec esse vera, testis ipse oculatus affirmare possum. Sic διεγε recte redditur. Nam si quis dicat, διεγε όιπανων τελινη (scilicet αποτελον) ταδιου ιετη, sic in-

terpretandum, Aberat Helleponus a Lampacus stadiis quasi x v: prorsus fallitur, ut lapsus est heic & Pyrcamerus, quem Lampacus, hodie locorum illorum incolis Lepesco, sit e regione Calliopoleos ad ipsum Helleponum sita. Et aliud est διεγε, quam απετελ. Notum etiā τελινη significare, hoc loco. Sic alibi οι τελινη επιλυει, qui sunt hoc loco Græci.

457, D. post οιδη παντερεια inferit Bilibaldus Pyrcamerus hæc verba: At ille (Philocles) ad calamitatem minime demissus, respondit; Ne vixtor ageret, que virtus passurus fuisset. Deinde lotus, ac splendida sumptaveste, ante alios, ut ingularetur, pro- cessit cives. ea vero Plutarchus non e Xenophonte, sed Theophrasto, se profitetur ex scriptis. Quā obrem hæc nullis in exemplaribus Xenophontis inuenta, visum est tamquam aliena delere ac omittere.

\* 459, D. Hæc verba corrupta sunt, ει βούλονται αντη παντερεια ωχρος λυσανδρος ηξει Δασκαλονιας. sic

autem & suo reponenda loco, & integranda sunt ei βούλονται αντη παντερεια ωχρος λυσανδρος ηξει Δασκαλονιας ηξει Δασκαλονιας vios, ηξει Δασκαλονιας, παντερεια & cet. Quod statim sequitur αιτεζονται ηξει Δασκαλονιας, etiam αιτεζονται ηξει Δασκαλονιας scriptum reperitur, in significatione resistendi.

\* 469, A. pro οιδη παντερεια, scribendum οιδη παντερεια Nam illud οι, respondet verbo παντερεια frequenti; alterum οι non respondet, nec τη H. Stephani. Sic citidem tam multa mutari non necesse est secundum eumdem, quem addit, etiam pro οιδη παντερεια ηξει Δασκαλονιας, scribi posse τη παντερεια ηξει Δασκαλονιας.

Ibidem, C. & 470, B. In omnibus editis antehac libris, etiam Stephani, legitur παντερεια. Sed ego Pollucis, Hesychij, Suidæ, interpretis Aristophanis, aliorum sequitus auctoritatem, scribendum παντερεια non dubito. H. Stephanus editione secunda in contextum recepit, παντερεια ad marginem reiecit.

\* 472, D. pro οιδη παντερεια ιωνικαι, scribo ιωνικαι. Sic & Bilibaldus legit, & statim heic subiicitur, C ηξει Δασκαλονιας, non autem ηξει Δασκαλονιας.

473, B. Sequitur lectionem Florentini codicis H. Stephanus, extraquam quod pro οιδη παντερεια substituit οιδη παντερεια, virgula scilicet interposita; quam tam in annotationibus tollendam esse censet, ac recte quidem. Ceterum in aliis libris locus hic ita legitur: οιδη παντερεια, ηξει Δασκαλονιας cum ceteris: nimis addita voce ηξει Δασκαλονιας, quæ in editione Florentina desideratur. \* Heic excandescens editione secunda nostra ille Stephanus, Quicunque tandem, inquit illi sint libri, in quibus ηξει Δασκαλονιας existat, scripturam certe non magni momenti habent: quum locus hic eo participio facile carere possit, meam interpretationem sequendo. Itane vero, Stephane, licebit in scriptoribus bonis inuentas voces & verba prorsus omittere, modo tu fingere possis interpretationem, quæ illa non contineat? Belle profecto. Si tu nostris in libris omissum aliquid tale reperi- sis, nequaquam id silentio tibi duxisses praeter- eundum. Nunc a nobis inuentum, scripturam te iudicem non magni momenti habet. Adgnoscere vero inuidiam tuam, inepte iudex, quæ te recta nihili facere propterea cogit, quod abs te profecta non sint. Sed cogita viciplum, quam multis abs te temere illitis edicio Xenophontea carere potuisse, si iudicium in segregandis lectionibus veris a glossarum expositionibus adhibuisse.

Ideem libri nostri non οιδη παντερεια habent, (quod in Florentino & Aldino codice reperitum H. Stephanus in textu quidem ipso retinuit, sed in annotationibus quasi ex ingenio cor- rectis) sed planissime, οιδη παντερεια. Hoc equi- dem adiicere propterea volui, ut ostenderem, alicubi etiam Germanicas editiones non sine fructu me consuluisse.

473, C. Ridet hoc loco H. Stephanus perquam false cuiusdam diuinationem acutam, ut ipse ad- pellat, & ingeniosam; qui pro οιδη παντερεια, quod est in editione Florentina, legendum censuerit, οιδη παντερεια. Non nego rectius facturum fuisse, si sequitur editionem Aldinam, οιδη παντερεια scripsisset: sed quoniam in Germanum hominem lepidam illam diuinationem confert, nescio qui fit, ut insolentius mihi aliquanto in nationis nostræ homines inuehi videatur, quos ipse tamquam ex alto despiciens, ηξει Δασκαλονιας, καταπατημένον φορει, hoc est, cerebrum in plantis conculcatum gestare scribit,

H. Stephen-  
sus Ger-  
manomac-  
trix.

acver-

ac versiones hypocausticas conficere. Numquam moleste tuli, vituperari ab ipso plerisque typographos Germanos: quod reable constet, quosdam non nisi sui lucri ratione habita, libros mendis propemodum infinitis fœde deformatos cuditile, ac recudisse. Verum transiri ad alios quoque non satis aequum esse arbitror. Quod si lepidum illum diuinatorem exagitare volebat, non ad Germanum aliquem tantum respicere debebat. Sunt enim complures aliarum quoque nationum homines, qui restituendis locis auctorum depravatis laborarunt, non omnes eadem vel industria, vel felicitate ingenij. Certe hoc ipsum *άξιον χρωματίσθαι*, quod inepte alteri substituitur, profectum ab homine Gallo fuit, Brodæo nimirum Turonense: quem tamen ego tantum abest, ut insectari propterea velim, ut etiam vere lubenterque fatae, multa fuisse ab illo viro recte non in uno auctore restituta. Nimirum aliquando bonus dormitat Homerus.\* Henrico ipsi nonnumquam cerebrum ita friget, ut hypocausto indigeat. Profecto multis in locis editionem Florentinam, in multis Aldinam tantum, aliis non consultis, sequutus est: ubi nos rectius alios legisse animaduertimus, idq; perspicere de notis his nostris lector sparsim poterit. Nec est, quod obiciat mihi, qua de Aldina editione, apud Germanos ignorata, nescio quibus insultans, non vere profert ultimo partu suo: quum hæc mihi non defuerit, optimo viro, & optime de litteris, etiam insigni cum fortunatum iactura merito, Ioanne Oporino, liberali benevolentia mihi eam cum aliis quibusdam exemplaribus suppeditante; quod aliunde tunc Aldina commode potirinon possem.

\* His exaratis, inueni editione Stephanie secunda nos Germanos hypocaustarum quidem versionum criminis subleuari; sed in plantis conculati cerebri gestationem repeti. Ridere luet hominis ineptias, qui fidei iacturam facere quam eleganter adeo prius usurpatum hoc loco prouerbium perire sibi maluerit: quum non deprehendat, quam ipsimet aliquando misere proculatum in plantis cerebrum hæreat, ut tum ex aliis, tum eglossarum catalogo, cuius existimare licet. Testor autem ad omnes, quibus hæc legere continget, hæc me commemorationem de irrisione nostrorum prorsus hac editione secunda non modo cogitasse delere; sed etiam plane deletam sustulisse, quam meum secundæ lucubrationis exemplar pæne iam ad umbilicum perductum esset. Sed quoniā frōte peruicaci factam Germanis iniuriā editione sua Xenophontis altera quasi renovare voluit, non iam prius exarata reuocare possum amplius; sed dico, vanum hominem iterata malitia per columnam tortum hoc Germano impudenter adstringere; quum Germanum ipse nullum nominare queat, auctorē ego Gallum, Brodæum Turonensem, prodiderim: e cuius lectiōibus Xenophontis Brylingerius, typographus, ab se publicatis, hoc *άξιον χρωματίσθαι* summis.

\* 476, A. Nimirum hoc poēticum est, non Atticum, quod *εἰνα* legimus in H. Stephani editione, sicut & *σφέας* paulo ante indicauimus: quum semper *εἰνα*, & *σφέας*, hactenus Xenophon dixit, nec aliter loqui debuerit. Stephanum quum dico posteriorem Xenophontis editionem post Florentinam, & Aldinam, & alias intelligo; cetero

A ris ideo non exclusis.

\* Ibidem, D. Hic locus unus est ex iis, de quibus ad pag. 6, C. primi παγδίας differui. Nam pro βιλομένους ή ταχιναῖς χρέος οἰκεῖας @ τηλι ποντικῶν, dico scribendum οἰκεῖας καὶ πεισμὸν ποντικῶν, ac de Suidæ sententia πεισμὸν interpretor *πανκριών*, morigeram & obsequiem.

\* Ibidem 477, A. pro ὁ γένος βοῦς ἐνεκεν, repandum ὁ γένος βοῦς ἐνεκεν. H. Stephanus temere putat expungendum *χών*.

\* 479, A. Vitiola sunt ista, *τινὸς οὐ δέν τεταρτόν εχόντων αὐτεπιλύθηπεν*. nam αὐτεπιλύθηπεν nequit accipi παγδίας. Itaque Portum sequor, ita scribentem; *τινὸς οὐ δέν τεταρτόν εχόντων εἰς τὴν αὐτεπιλύθηπεν*. Sequuntur & ista corrupta, οὐτε αὐτεπιλύθηπεν διάκονος, sic integrius scribenda, οὐτε αὐτεπιλύθηπεν διάκονος καὶ αὐτεπιλύθηπεν. Portus ex Plutarchi Solone legem de canibus profert, at locum hunc ipsum non emendat.

### AD LIBRVM III HISTORIARVM GRÆCARVM.

\* P Ag. 480, A. Hic est ille locus, quæ alicubi Plutarchus hisce verbis adtigit: Ξενοφάνης αὐτὸς εἶπεν γένοντες εἰσεῖσθαι, γένος δὲ εἰσπατηγησθαι καταρθωσε. καὶ Θεμιστογένης λέγει τόπον σωτηρίας τὸ Συρεχούσιον, οὐδὲ πόνος ή, μητρούμενος εἴσειν, αἰς ἄλλον, εἰπράψας τὸν λόγον δόξαντος Χριστοῦ: hoc est, Xenophon ipse sibi fuit historia, descriptis iis, qua administravit ut dux, & præclare geslit. Themistogenem vero Syracusanum de his scripsisse dicit, ut plus fidei nanciscatur, dum de seipso, tamquam de alio, narrat; scriptio gloriam alij largiens. In his autem post Θεμιστογένην adiectum a me λέγει, quod † in editis <sup>Plutar</sup> chilocus est, & periit propter similitudinem cum <sup>τὸν</sup> <sup>medatus</sup> syllabis ultimæ vocis proximæ.

Ibid. D. Sequor lectionem verbi *ἐπιστένει*, pro *ἐπιστένειν* a me noratam in margine libri. Eamdem & Bilibaldus suis in libris repererat, ut de conuersione ipsius colligi potest. Si Florentinam inauis, quani & H. Stephanus sequutus est, hæc erit sententia: *Omnes enim urbes audiebant, hominem Laodemonium cum imperio præesse*. Nostram Stephanus ad marginem notauit.

\* 482, D. In his, *αὐτεπιλύθηπεν*, illius verbi *περιεῖν* loco reponendum adfirmo *περιεῖν*. 486, D. Locum hunc non recte interpretatus est Bilibaldus, nec quidquam in versione mutauit editio prior H. Stephani. Vnum est, quod moneam, me sequutum esse lectionem, in qua editi libri omnes consentiunt, una particula demta, nimirum *κατεπιμένειν* εἰ τῇ σαρπιναῖς, οὐς αἱσθούμενος ὄντι, non οὐς εἰ αἱσθούμενος ὄντι. Plane autem ab hac lectione veteris interpretis conuersio discrepat. Sunt enim hæc ipsius verba: *Quostamquām in cauea in vallo deprehensos circumdederunt*. Itaque suspicari licet, eum εἰ αἱσθούμενος mutasse in *μαρσηναῖς*, quod caueam reddidit, aut caulam. Id equidem probare non possum, nisi libri manu exarati fidem eius mihi faciant. Nec ignoro, Brodæum etiam ex

G ingenio sic locum hunc correxisse, ut vel εἰ αἱσθούμενος, vel *μαρσηναῖς* legendum censuerit: sed eum saepius animaduerti conjecturas suas ad interpretum verba direxisse.

\* Ibidem. Non putat tolerandum illud *πανκριών* H. Stephanus, & recte quidem. Sed quum mutet in *πανκριών*, arbitror aliud minoricum

dissimilitudine substitui posse; nimis r<sup>u</sup>sticū, quod margini adscripti.

488. C. pro A<sup>ταρνία</sup>, nota ad marginem legendum esse A<sup>τάρνα</sup>. Sic enim Stephanus Byzantius nomenclatore πόλεων. Certe A<sup>ταρνία</sup> si vertas, dices Atarnensem. Idem supra quoque in extremo v*11* ad *Διάδοτος* libro notatum a me fuit.

489. A. Quin istis in verbis, αἴπασε γέ οὐτε φέρει τὴν σπανίαν τῆς Τιαναφέρνης, aliquid vitij lateat, equidem non dubito. Primum φθονῶν cum patro & dandi casu construi plane constat. Plutarchus Cæsare, ἀντίτων, φθονῶν τῆς Τιαναφέρνης. Nam quū alicubi etiam accusandi casum admittit, aliam significationem habere videtur, videlicet succensendi. Deinde pro σπανίᾳ substitutum videtur σπανίαν vocabulum. Præcessit enim, Tislafernem σπανίαν τῆς Τιαναφέρνης designatum fuisse. Quare fuerit hæc, puto, germana lectio; οὐτε φθονῶν τῆς Τιαναφέρνης. Eam tamen quia de manu scriptis probare non potui, nihil immutare volui. H. Stephanus de meis summatam editione secunda margini adscriptis.

\* Ibid. B. Superfluum illud ὄν videri queat in his verbis, ὡς ὅπονοι, quæ rectius in quibusdam, ὡς ὅπον. Sed memini eorum, quæ superius ad p. 382, D. notata, & deinceps ad pag. 500, B. repetentur.

491. C. Quod heic pro ξύμενοις Πεταλοῖς scripsit, εἰχμενοις οἱ βηταλοῖς, nō Stephani Byzantij tantum auctoritate factū est, sed ipsius etiam Xenophontis, qui paullo post 492, C. opidum hoc βηταλοῖς adpellat. Henr. Stephanus ad marginem hinc adscriptit.

Ibid. D. Quin pro εἴδην αὐτὴν σπανίᾳ οὐτε βηταλοῖς τῆς πελοπονήσου, scribi debeat η σπανία, non est cur dubitem. H. Stephanus hinc in contextum recipit.

\* Ibidem, E. Locus hic mancus est, ac propter ea dubium non est, quin ante τὸν δεστὸν οὐτοῦ articulus, αἴπερ θεοὺς τὸν δεστὸν αργυρεούς, quod quidem proverbij forma profertur. Sed quæ sequuntur, magis mutilata sunt, διὰ τῶν περισσωτῶν τῆς λακεδαιμονίου. Ego sic reddidi, ac si scriptum esset, καὶ διὰ τῶν (scilicet βαλόμενοι, de superioribus) περισσωτῶν τῆς λακεδαιμονίου. Neque dubito, veram scripturam, quæcumq; tamdem illa sit, ab hac diuersam non esse. Locus etiam sensu recto a me redditus. Nam quod existimat quidam illa verba, τὸν δεστὸν αργυρεούς, prorsus esse inducenda; sane parum in hoc perite iudicat, ne temere dicam, ac more suo. Non enim sumere licentiam talem sine manuscriptorum auctoritate, vel rationibus luce meridianā clarioribus, sibi quisquam debet. Raperfectionis aduersa bona volebat Xenia complices, sine modo ac mensura; & deinde his partim oppressis, partim deletis, Eleos Lacedæmoniis adiungere. Vides apte proverbiū quadrare.

493. B. cum sequentibus. Qui non animaduerit, hunc locum esse mendis deformatum, is vel solam interpretis conuersione cum Xenophontis verbis conferat. Inueniet neque Latina quædam cum Græcis conuenire, & utraque correctionis egerere. Nam primo ridiculum est, ὡς μάλα τοι φυδομένῳ κατεπιλύσον, interpretari; *Quod te adulterinum esse indicavit.* Deinde pro εἰειλάτῃς στοματ̄, quod & manuscripti & editi habent, substituitur ab interprete στοματ̄. Terrio, non dubium est, contra sermonis Græci consuetudinem heic ponit ὅπον οἱ αἱ, quod homines eleganti doctrina præditos vide-

A non dubito. Quarto, pugnat cum ipsius Agesilaus verbis, quod legitur heic vel ἔφηται, vel ἔφηται, vel ut alij codices habent, ἔφηται reddente hoc ipsum Pyrcamerio his verbis, *Post ultimum Agidis cum matre congressum.* Nam quo pacto vere negare poterat Agesilaus, esse Leotychidem Agidis filium, si congressum esse cum matre huius Agidem ipse fabebatur? De his omnibus difficultatibus ut nos expediamus, indicabo lectori rationes meas, quibus opem ferri posse tam deprauato loco existimem.

B Primū in Agesilaō Plutarchi legimus, Agesilaum in hac aduersus Leotychidam contiouersia Neptunum quoq; testem adulterinorum Leotychidæ natalium citasse, qui Agidem terræmotu cubiculo eiecisset. Ἐφη, ait Plutarchus, καὶ τὸ Ποσειδῶνα κατέμορφεν τὸ Δεωνίζειν τὸν νοθεῖαν, ὅπερντα στομῷ τὸ παλέων τὸ Αἴγινον. hoc est, *Dicebat etiam Neptunum, testem esse nō legitimorum Leotychidæ natalium, qui terræmotu et thalamo Agidem eiecisset.* Hæc verba cum Xenophonteis conferens, animaduertere videor, esse de hoc ipso loco descripta; sicut & alia multa de hisce libris sumta, parallelis suis Plutarchus inseruit. Itaque Plutarchi ope Xenophontea restituamus, & pro αἱ ὅπον οἱ αἱ τοις μάλα τοι φυδομένῳ κατεπιλύσον, legamus αἱ ὁ ποσειδῶν. Deinde pro phon.

E φη τὸ έφηται, substituamus ἔφηται. Denique ante verbum ἔφαται, negativa την reponenda. Hoc modo fit, ut locum integrum sic recte lecturi simus: ὁ ποσειδῶν την παλεῖς πατέσσε, την ἔφηται την έστω. αἱ τοι πολὺ παλαιὸν ἐκεῖνο την μάτηρ τοι ναὶ την ἔφηται. αἱ ὁ ποσειδῶν αἱ μάλα τοι φυδομένῳ κατεπιλύσον, την την παλαιὸν την μάτηρ τοι φαντρὸν την πατέσσε. σωματιδρόπορος ταῦτα αὐτοὶ καὶ οἱ αἱ ποσειδῶν την μάτηρ τοι φαντρὸν την πατέσσε. αἱ φη τὸ έφηται, την την μάτηρ τοι φαντρὸν την πατέσσε. Viden quot Agesilaus testes aduersus Leotychidam producat?

Primum Agidem, qui filium esse negauerat. Secundo, matrem ipsam Leotychidæ. Tertio Neptunum, qui terræmotu Agidem ē cubiculo expulerit. Nā terræmotus ad auctorem Neptunum referri solitos, vel de ἐνοσίσθον (terram quatientis)

E & ἐνοσίσθον epithetis intelligitur. Quarto, tempus ipsum. Etenim posteaquam ē cubiculo fugerat Agis, nec amplius in eo conspectus fuerat, totos decem menses abstinuerat ab vxore, atq; interea Leotychides natus fuerat. Has ego rationes sequutus, locum hunc ita sum interpretatus, ut est a me ope Plutarchi emaculatus. Nihil tamen in Græcis immutare volui, sine codicum manuscriptorum, & eruditorum suffragio. \* Henr. Stephanus editione posteriori me quasi per transennam inuitus innuens, margini adscriptis: *Quidam ex Plutarcho scribunt αἱ ὁ ποσειδῶν τοις μάλα, & paullo post, αἱ φη τὸ έφηται την μάτηρ τοι φαντρὸν την πατέσσε.* Sed negationis ante verbum ἔφαται non meminit, quæ tamen & ipsa necessario requiritur.

\* 494. A. Mutila sunt ista, την καὶ την ἔσθος νεανίσκος . . . την την πατέσσε. Non enim est integræ comparatio, quum voci ἔσθος recte opponat auctor την πατέσσε: at vero quod alteri την πατέσσε respondeat, nusquam exstet. Itaq; scripturam integræ huiusmodi esse iudico, την καὶ την ἔσθος νεανίσκος καὶ την πατέσσε. Facile vero καὶ την perire potuit, ob eius similitudinem cum litteris vltimis īt præcedenti νεανίσκος.

\* Ibidem, B. Quæ hactenus heic ad marginem adscripta legebantur, ceu vere Xenophontea, in contextum recepi, exigua tantum mutatione facta. Nam pro ἔργα μὲν ἔργα, ἔργα δὲ . . . πολεμίου, re-

posui

posui τὸν διοταρίους, quod omnino fieri necet. sc, propter ἄνα vocem præcedentem.

496. B. pro ἐπεισελαύνεις ή Αγωνίας τῷ σπαθῇ, lego τῷ σπαθᾷ. Non enim exercitum, quem potius a suis ipse poscebat; sed operam in expeditione suā policebatur. H. Stephanus editione altera in textū retulit.

Ibidem, D. Inclusit geminis hisce notis\*] voculam ὡν Stephanus. Non enim ad ea, quæ sequuntur, vlla ratione quadrat. Ego tamen corruptam potius, quam otiosam arbitror. Nimirum pro τῷ, substitutum esse ὡν. Nam quicquid precedat, ὡν διέμενος ἦκο; recte subiicitur, τῷ τοις αὐτοῖς.

497. B. Miror hoc loco sequutum esse H. Stephanum editionem Florentinam, & quorundam aliorum, quæ huiusmodi est: ὡν μὲν ἔμενε καὶ τὸ Αγωνίαν τελεῖ, ἐδηλωσεν γέρον. Nam quid tamdem est illud ἔμενε? Quod autem ego substitui verbum ἔμενε, id etiam exemplarum editorum consensu motus feci: ne dicam, sensum ipsum huius loci necessario tale quoddam verbum poscere.

*Locus ad-* \*Dum autem hæc, editione priori notata, nūc  
*modū dif-* a xxi annis recensco: videre videor aliam ra-  
*ficiū emē-* tionem huius loci restituendi. Nam ἔμενε valde  
data.

*μενειν τ. 7.* litteris est diuersum ab ἔμενε. Quapropter cogita-  
*τελειν τ.* re cepi, hoc ἔμενε corruptum ex quodam alio ver-  
bo Xenophonteo, parum visitato, cuius esset glos-  
sa verbum ἔμενε, quod quidem ἔμενε tamdem a  
quibusdam receptum sit in contextum; veluti re-  
ctius, quam illud ἔμενε, præcedentibus & subse-  
quentibus congruens. Circumspicienti vero mi-  
hi, tamdem obtulit se verbum ἔμενε, vetus illud  
Xenophontem, per ἔμενε expositum. Significat  
enim ἔμενε, ira causam præbere, vel ad iram pro-  
uocare; quodidem scilicet est cum τυπάνω, mole-  
stiam adferre, molestiam exhibere. Quumq; no-  
ret Eustathius expresse, ἔμενε esse verbum Atticū:  
minus iam dubitare debemus, eo prorsus  
heic vsum Xenophontem, scriptorem αὐθικάτον.  
Hoc ἔμενε deinde in ἔμενε mutatum fuit a parum  
peritis calligraphis. His autem iam scriptis, quum  
H. Stephani cogitationes & notas alteras inspi-  
cerem, vidi verbum ἔμενε suspectum ei fuisse, qua-  
si ex alicuius coniectura profectum. Hac eum  
suspitione libero, qui meliori fide, quam Stepha-  
nea, confirmare possum, & ostendere: id a me re-  
pertum in exemplaribus, ut dixi, etiam editis: ne  
quid de dissimilitudine horum, ἔμενε & ἔμενε, di-  
cam. & facile me purgant, quæ de origine huius  
modi certis indicis explicau. Dumvero co-  
iicit mutandum ἔμενε potius in ἔμενε, quod sit a ver-  
bo μενεῖ minūs noto, mihi quidem ignoto pror-  
fus, & aptissimam (sic parum prudenter ait) huic  
loco significationem habeat: in eo nec mihi satis-  
facit, nec aliis satisfaciet. Nam eiusmodi locutio  
hyperbolica, velut ipse fatetur, aliena est a Xenop-  
hontis αὐθικά, & longe quidem a moribus Age-  
silai regis alienior; quam vt dici possit eum pro-  
pter auctoritatem Lysandri apud alios, redactum  
fuisse ad insaniam. Molesta quidem hæc illi acci-  
dissit, nonque nihil ira in eo excitasit; dignum o-  
mnino fide, atque aptiori declaratum verbo με-  
νεῖ Attico; quam nullius auctoritate idonea fre-  
to μενεῖ, quantumvis ἔμενε non ignorem, qui  
tamē illo magno H. Stephani thesauro numquam  
vñs fui, ac ne quidem inspexisse, præter titulum,  
quidquam in eo memini. Licebit autem Stepha-

A no iam thesaurum suum hac symbola mea verbi  
μενεῖ Xenophontei, quod hactenus ignorasse  
videtur, auctiorem reddere. Nullus enim thesau-  
rus tam magnus est, quin aliquod incrementum  
admittat.

498. A. pro τῷ τοις αὐτοῖς χεινεῖ, repono τῷ αι-  
τῳ. H. Stephanus editione posteriori admisit.

Ibid. B. Editionem Florentinam, & alias quas-  
dam, (hoc a me non adiectum, μενεῖ & αὐτός li-  
ceat enim mihi nunc ille νεοναδίω verbo τῷ) se-  
quutus H. Stephanus legit, αἰς πολὺ χεινεῖ αὐτῷ εχειν. Ego codices alios imitari malui, & pro τῷ, substi-  
tuere potius εχειν.

\*Ibidem, D. Illud εἰς τὸν τελειν τὸν σπαθῆ, virio-  
sum est, præpositione deficiente. Nam εὐδοκεῖ εἰς τὸν  
τελειν τὸν σπαθῆ scribendum. Perit autem hoc εἰς,  
propter eius similitudinē cum ultima syllaba præ-  
cedentis εὐδοκεῖ.

Ibidem. Sequitur & verborum sententiam, &  
interpretis prisci auctoritatem, lego τοις αιτοῖς αὐτοῖς  
οἱ οἰνοῖς, non τοις αιτοῖς. H. Stephanus editione se-  
cunda sic mutauit.

\* Versu post hunc altero, pro τῷ μενεῖ, rectius  
τῷ μενεῖ, quod ex τῷ μενεῖ factum, illi τῷ respō-  
det: οὐ τῷ μενεῖ εἰς, nam minus commode legas,  
τῷ μενεῖ εἰς, licet admitti possit.

499. C. Omniño locus hic mendo non carerit.  
Nam qui tamdem quilibet opulentiorum equi-  
tatum dare poterat? Quin & diuersa in editis li-  
bris est scriptura. Nam quum omnes habeant, οἱ  
τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς, H. Stephanus verbum illud ita  
diuisit, ut scriberet τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς: credo, quod  
existimaret, τοις αιτοῖς potius hac significacione dici,  
quam τοις αιτοῖς. At Xenophon noster multis in  
locis, itemque ceteri scriptores Græci eodem v-  
trumque significatu cepere. Quamobrem ut, quo  
paeto mendum hoc tollendum censuerim, ape-  
triam: Plutarchi Agesilaum, maxima parte de li-  
bris hisce descriptum, cum Xenophonte contuli.  
Eius verba sunt: οἵς εὐπόροις τοις αιτοῖς, τοις αιτοῖς, οἵς  
τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς: locupletibus denuntiantur, ut quili-  
bet equum pro se praberet. Itaque ut quam minima  
mutatio fieret in verbis Xenophontis, sic legen-  
dum existimauit: οἵς τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς, qui cum  
que suppeditaret equum τὸν ἄρμα. Credo te, candi-  
de lector, mihi libenter in hoc adsensurum. \*I-  
dem occurrit deinceps in Agesilao, tomī 11 pag.  
654. E.

\*Ibidem. Quod heic positum legebatur hacte-  
nus, τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς, recte quidem Gracis dicitur:  
F sed iudico prorsus a Xenophonte scriptum fuisse  
τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς: quod vetus verbum aliquis in-  
terpretatus sit per τοις αιτοῖς. Nam in Agesilao Xenop-  
hontis expresse legitur in istarum rerum narra-  
tione, τοις αιτοῖς τοις αιτοῖς. Solere vero Xenophontem  
quodam loco posita verba nōnumquam alibi re-  
petere, licet ex notatis ad pag. 239, C. & ad pag.  
802. manifesto colligere, sicut etiā ex iis quæ heic  
proxime subiecimus, cum Xenophontis Agesilao  
collata. Verbum autem τοις αιτοῖς quum alibi repeti-  
tur apud auctorem nostrum, tum in v libro Me-  
morabilium, qui Oeconomicus inscribitur, pag.  
832, C. τοις τοις τοις τοις, vñctum querere.

\* 500. B. In his, τοις αιτοῖς, οἵς εὐδοκεῖ τοις αιτοῖς;  
superfluum esse videtur illud οἵς, sicut etiā non  
reperitur in Agesilao Xenophontis, vñi verba ista  
repetuntur. Aliter vero admittitur, si cum τοις

coniungatur, aliter si cum ἄσ. Confer autem cum his notata ad p. 382, D. & p. 489, B. item 601, D.

\* Ibid. C. pro αὐτὸν εἴη legitur & αὐτὸν αὐτόν. Item versu ab hoc quinto, pro ἀκεδεῖν rectius ἐμελέν.

\* Ibidem, D. Mutila sunt ista, καὶ τοῦ ἀρχοῦν τῷ σπουδόφρων ἔπι. Non enim exprimitur, quis hoc dixerit, aut iussit. Existimabam aliquando, intelligendum de Agesilao: sed nunc Xenophontis Agesilaum cum hisce conferens, quid deit, reperi. Sic enim illuc legimus verbis iidem, pag. 656, A. @ τῷ μὲν ἀρχοῦν τῷ σπουδόφρων ἔπι, sed adiicitur ὁ ἄγαμον: dixit dux, scilicet equitatus hostilis, recte. Nam hoc ipsum est, quod heic deest.

\* Ibid. E. pro καλὸν, rectius in Agesilao Xenophontis legitur καρόν ήγέατο. Item paullo post, versu ab hoc tertio, pro δῆτι τὸς πλευτούμενος οἰκοις, rectius ibidem αἱ πλευτούμενος οἰκοις. Et quod statim sequitur, ἐκ τῷ τῷ ιωπάν, notat H. Stephanus, tamquam suspectum; quia de equitibus expresse sequatur, παρήσαλε τὸν τοῦ ιωπάν. ex quo constat, de aliis heic eum loqui, quam de equitibus recte. Nam ex Agesilao illud ἐκ τῷ τῷ ιωπάν, mutandum in ἐκ τῷ τῷ ιωπάν, quod in libro indicato reperitur. Item quod sequitur, θεῖον οὐρανοῖς, in Agesilao θεῖον οὐρανοῖς legitur. Rursum pag. 501, A. επι οἱ ἄμα, plenius illuc επιθετικοὶ οἱ ἄμα.

501, D. Fidenter heic notas punctorum inserui, quibus significarem, talia quædam, καὶ λίγων αὐτῶν, desiderari: adeoque fretus auctoritate Plutarchi faciendum hoc duxi. Nam is magna ex parte libtos hos, ut dictum, in diuinum illud parallelorum opus suum transcripsit. Ejus sunt verba: σκυταλωδήχει τοῖς οἷοι πλάνοι κελεύσων αὐτὸν αρχόντας οὐρανοῖς. Neminem esse arbitror. qui Plutarchianis in verbis hisce quasi latere Xenophontea non animaduertat.

\* Hæc editione priori hoc loco a me fuere notata. Nunç addo, recte quidem e Plutarchi verbis collectum, huiusmodi quiddam abesse; sed non videri, supplendum his plane verbis, ἐρχόνται τοῖς πλάνοι κελεύσων αὐτὸν αρχόντας οὐρανοῖς. Quippe conjecturam adhuc aliam habeo, continētem aliquid heic positis similius; ut scriptum scilicet existimus a Xenophonte potius hoc modo, ἐρχόνται τοῖς αἰροι πλάνοι κελεύσων αρχόντας οὐρανοῖς: quod quidem δημοσίου exposuit Plutarchus per κελεύσων. Et perire potuit ὁ δημοσίου facile; propter similitudinem cum vocabulis proxime præcedentibus οἰκοι πλάνοι. Neque tatum heic ita vitiatum hoc fuit, sed etiam inferius in Agesilao, pag. 657, C. vbiplura quædam adscripta lector inueniet.

#### AD LIBRVM IIII HISTORIARVM GRÆCARVM.

**P**Ag. 507, D. Pro voce Οὐρανοῖς idem que deinceps vbique feci. Nam hoc nomen in Agesilao Xenophontis nostri; atq; etiam in Plutarchiano, & apud Dionem Cassium, sic constanter scribi animaduertimus. \* H. Stephanus editione secunda nos in hoc imitatus est.

Ceterum paullo post aliter numeros expressos in Agesilao scriptoris nostri video. Nam quū heic legamus, χλιδεὶς μὲν ιωπάν, διχλιδεὶς τὸ πλευτόν: illuc scriptum reperimus, διχλιδεὶς μὲν ιωπάν, πραυχλιδεὶς τὸ πλευτόν, εχών, qui numerus duplo maior est heic po-

A sito. Puto tamen idcirco locum hunc carere vitio, quod cum Plutarchi verbis consentiat.

\* 510, C. pro ιωνίας, rectius sribetur ιωνίας, quod interpretando reddidi.

Ibidem, D. Pro ξπλατίως, quæ vox in edita exemplaria vniuersa irrepsit, lego ξπλατίως. Nam altera illa dedueta τοξεινοὶ ξπλατίως, contraria loci huius est sententia: quippe quæ potius retentionem, receptionem, quā defertionem significet. \* Hen. Stephanus editione secunda sic in textu mutauit.

\* Ibidem, E. In his, τολμὴ πολὺ χρυσοῦ αξιαῖς, equidem abundare vocem χρυσοῦ arbitror, e quodam scholio profectam. Eleganter enim est, τολμὴ πολὺ αξιαῖς. Propterea χρυσοῦ notis visitatis inclusi.

\* 512, B. In his, εἰσὶν (cum interiectis) περιστάθη, τινὲς δὲ, ὡς ζούκε, φιλομάτες θεοί, plana erit oratio, si post περιστάθη sequatur, εἰπει τινὲς δὲ, οὐ τούτοις, φιλομάτες θεοί.

Ibidem, D. Omnino sic legendum erit, ut est a C me notatum ad marginem, επως εἰκριθεῖν εἰς τὸ σάδιον, non επως εἰκριθεῖν τὸ σάδιον. Nam sic & Demosthenes, εἰς τοὺς γραμμάτους εἰκριθεῖσαι, & Plutarchus Lycurogo, εἰκριθεῖσαι τὰς τοιαύτους.

515, A. Lego περιστάθη διὰ τὸ περιστάθη, non περιστάθη. Nam verbum idem mox repetitur, εἰπει τοῦ περιστάθη οἱ πατερομάνιοι.

516, A. Reliqui locum hunc ita, ut scriptus est in editione Stephani, nota punctorum tamen adiecta, quæ verbum quoddam decessit significaret.

D Quod si Florentinam, & quasdam alias editiones sequamur, integer locus erit. Sic enim illæ habent: οἱ δὲ ἀλλαζοῦσι, ινα μηδεπαραστατον, (pro quo Stephanus διὰ παραστατον substituit) επικελεῖσαν, καὶ οὕτω, &c.

\* Quum autem hanc lectionem veram esse videarem, exprimendam editione secunda censui; praesertim quod monitus a me Stephanus idem editione sua posteriori fecerit, sed tacite, ne prius deliquisse videretur, minus etiam aliquid alicui Germano recte moneti debere. Sichominis mos est.

E Ibidem, D. Verba, quæ ad marginem adieci, quamquā ab H. Stephano sint omessa: Bilibaldus tamen expressit, & tum in Florentinis, tum aliis codicibus reperiuntur.

\* Hæc editione priori notata. Sic autem in exemplari H. Stephani locus iste tunc legebatur, επιλαβούσθαι κοενθινοὶ αἰαχωροι πονον . . . . .

quæ quidem ita scribi debuerant, επιλαβούσθαι κοενθινοὶ αἰαχωροι πονον . . . . .

F οἱ οὐλατον οὐον, αἰαχωροι πονον τοῦ διαζεύς, cum ceteris.

Inseruit autem Stephanus hæc editioni secundæ, notis meis admonitus; sed ita locum silentio vulpecula preteriit & in notis suis, & in margine contextus ipsius; ut eum ne verbulo quidem tangat.

Astute vero. Non meministi, quam largo clamites aduersus homines Germanos tuæ professionis ore, qui nescio quid omiserint alicubi; quum heic os tibi clausum sit, ac mutum, quasi non eadē cul-

pa tenearis? Non habes igitur, quod amplius non dicam mihi, qui liberali & nobili animo commodi publicis operas meas ab aliis negotiis liber tribuo, vestris a typographiis longissime remotus;

sed typographiis Germanis, tuæ professionis inquam hominibus obiectes, qui in eodem hæreas ipse crimine. Si quid in editione mea priori saltim admisum non a me, sed typographiis tale reperif- fes, quos

H. Steph.  
in eo pec-  
cat, quod  
in alius cul

ses, q  
minu  
quan  
præse  
limi,  
prim  
indu  
Quo  
m in  
aia  
prior  
ribus  
or ve  
hinc a  
aia  
petre  
rati  
rum a  
ne no  
pag. 7  
verba  
quid h  
μιχα  
κονστ  
lius id  
indica  
exemp  
libris h  
hinc ce  
tionen  
notis V  
quibus  
της με  
incuria  
non m  
517,  
ctorita  
terpre  
ται ον  
telligu  
bris rep  
518,  
Nam B  
in Age  
iam ορ  
λει πο  
locum  
quema  
inueni.  
\* 519  
adscrip  
lius est  
psit Xe  
distinc  
sint. Si  
520,  
λην, qu  
pit. Equ  
propri  
trarer:  
tate vix  
πλαν, c  
solent.  
nophor  
\* Ha

ses, quos non egiles triumphos? ac nihil tam  
minus eam suggillare per calumniam nō vereris,  
quamquam diligentia illorum, qui ei præfuerunt,  
præsertim Hieremias Mylij, viri optimi & doctissimi,  
ac Ioanni Opôrino, dum superstes esset, in-  
primis cari, post Cæsaræ maiestati ab epistolis,  
industria tua tuorumque nullo modo cesserit.  
Quod autem editione tua secunda post αιαχωρίων  
in textu ponis illud ἐν τῷ διάλεκτῳ, ac deinde post  
αιαχωρίων idem repetis; nullo iudicio facis. Nam  
priore loco post αιαχωρίων id in meis exempla-  
ribus non reperitur, quæ bona sunt: post αιαχωρίων  
vero locum sibi debitum occupat. Et quidem  
hinc amissa sunt illa, quæ tu omiseras; quod post  
αιαχωρίων non magno interuallo αιαχωρίων re-  
peteretur, adiectis illis ἐν τῷ διάλεκτῳ, quæ ad prius αι-  
αχωρίων non pertinebant, sed ad posterius αια-

Ostendam tibi, negligentiae Germanorum accusatori, simillimum peccatum tuum in Dionne non ita dudum abs te impresso. Libro LIX.  
pag. 738. A 4. leguntur in exemplaribus tuis haec verba: καὶ πολὺς μὲν γάλα εἰδίκευται ἀπόσπαζε. Vide quid heic omiseris, notis, [ ] inclusum. καὶ πολὺς μὲν γάλα εἰδίκευται [ οὐ ἐπολετος, πολὺς δὲ καὶ μετέν εἰδίκευται ] απόσπαζε. Causa horum omissorum in ilius εἰδίκευται; repetitione lateri; prorsus ut heic iam indicatum de αἴσχυροι. Monstrabo tibi & aliud exemplum secordia tua in eodem Dione. Libro LXXXI. pag. 604. leguntur in editionis ultimae tuae libris haec verba, εἰπει τὸν οὐ οὐτε οἱ Α-μένι Ε-πει. Quis hinc colligi sensus queat ab eo, qui tuam hanc editionem sequi velit? Nimirum & heic omisiisti, quae notis visitatis inclusa subiiciam. εἰπει οὐ τὸν οὐτε (in quibusdam reperi αὐτοῦ) οἱ Αγειταὶ δημοσιεύται, οἱ μέν οὐ καὶ πει, cum ceteris. In nunc, & propter incuriam aduersus alios acerbus esto, negligentiae non minoris ipse reus.

517. D. Sequutus & Bilibaldi, & Philippi auctoritatem, qui Agesilaum Xenophontis est interpretatus, non πατρίοις ἔχοντες τὸν ιωνὸν lego: sed Τούτῳ ιωνὶ, per quos Agesilai nimis equites intelliguntur. Sic autem utrumque hotum suis in libris reperisse, de interpretatione colligere licet.

518, A. Magna scriptura heic diuersitas est.  
Nam Bilibaldus ὅρια legit, hoc est, fines Phlebus  
in Agesilao montes vertit, qui sunt Græcis ὄρη. Et  
iam ὅρια reperi. Deniq; apud Aristidem οὐδὲ αὐτοί<sup>ονται</sup>  
λούσι λόγου, in extremo legitur ὅρια. Citat enim hunc  
locum. Evidem ὁρια retinendum existimauis,  
quémadmodum & heic & in Agesilao scriptum  
inueni.

\* 519, A. Quod heic vides ad  $\epsilon\pi\eta\delta\chi\nu\epsilon$ , pro  $\pi\eta$   
adscriptum  $\pi\omega\varsigma$  in margine, aliquāto quidem me-  
lius est; sed recte locum nō restituit. Quippe scri-  
psit Xenophon,  $\kappa\alpha\eta\delta\chi\nu\epsilon$ : vt post  $\mu\alpha\chi\zeta\omega$  plena  
distinctio ponatur, & hæc verba periodus noua  
sint. Sic in Agesilaō.

520. C. Valde mihi suspectum est hoc loco πα-  
λαις, quod Bilibaldus pro nomine proprio viri ce-  
pit. Evidem vel aliter scribendum hoc nomen, si  
proprium sit, vel τὸν λέγεται μὲν λόγον arbit-  
rarer: sed absque vetustorum codicium auctori-  
tate vix aliquid admitti posse videtur. Vicinius est  
παλαις, quo & Homerus & alij poetæ pro παλαιοι vi-  
solent. Verum usque adeo poëtice loquutum Xe-  
nophontem, adfirmare non ausim.

\* Haec editione prima. Nunc mihi ad animum.

A accidit, posse in his, καὶ τὴν ἀλησατὴν πλεῖς, com-  
modius scribi καὶ τὴν ἀλησατὴν πλεῖστοι, præsertim  
quum & τῆς & τῆς cum vniuerso ἀ heic in quibus-  
dam reperiantur. Solent enim Græcivocabulum  
